

Monetis antiquis.

21

. Nonnulla (inquit) propter .
 vt sunt, qui minus quam quin- .
 os habent , id est , quinqua- .
 runciorum . Eādem summam .
 as comprehendit , vt in num- .
 uenitur nanque solus nuda tan- .
 one aureus , & adiunctus cūm
 : numinus aureus : vide vocēm

De Solido.

monetæ genus est , quem æreum
 non legi , quanuis alij triplicem
 sit , æreum , aureum , argenteum .
 t const . 30 . § . curatorum . Vbi sic
 Græco legitur . πεντήκοντα νόμισμα
 , id est , quinquaginta solidi au-
 g. in septuaginta duo auri libram
 ant Imperatoris Alexandriedi
 obtiescunq. Cod. de suscepto ,
 stiescunq. (ait) certa summa
 ro tituli qualitate debetur , aut
 nōmittar , septuaginta duos so-
 ratur accepta . Quanuis voces il-
 ta duo , quæ in hac lege insunt ,

C 5

mendofas

O P Y S C V L A
L I B E R A L I V M
Artium, Magistri Barrienti
Salmanticæ profes-
soris.

De Periodorum siue ambituum distinctionibus.

De Periodis ordinandis.

De Monetis antiquis ad Castellanias pecunias re-
ductis.

De Coloribus & eorum significatis.

De Calendis.




Officium Professorum
Salmanticorum.

S A L M A N T I C A E,
Expensis Simonis à Portonarijs.

Cum Priuilegio.

1573.



Licencia.

DON Phelipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcias, de Seni lta, de Cerdenia, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarues, de Algecira, de Gibral tar, Duque de Milan, conde de Flandres, y de Tyrol, etc. Por quanto por parte de nos el Maestro Barrientos nos fue fecha relacion, diciendo q̄ uos cō licencia nuestra auades impresso un libro intitulado Partium orationes Syntaxeos: y otro intitulado Lima Barbarei: y otro intitulado Sinonymorū liber Los quales eran utiles y prouechosos a los estudiantes y otras personas q̄ los leyessen, suplicadonos los mandassemos uer y darlos licencia para los tornar a imprimir, o como la nuestra merged fuesse: Lo qual visto por los del nuestro cōsejo, y como en los dichos libros se hizo la diligencia q̄ la pragmatica por nos agora nueuamente fecha dispone fue acordado que deuiamos mādar dar esta nuestra carta para nos en la dicha razon, y nos touimos lo por bien. Por la qual damos licēcia y facultad para que por eſtā uex podays tornar a imprimir los dichos libros que de ſuſo ſe hazemincion ſin por ello caer ni incurrir en pena alguna, y mandamos que la dicha impresion ſe haga de los dichos libros originales que uan rubricadas todas las hojas, y ſin mado al fin del de Luis Fernández de Herrera nuestro eſcriuano de camara, de

Los que residen en el nuestro consejo y que despues de impresso no se pueda uender ni uenda sin que primero se traygan al nuestro consejo, juntamente con los dichos originales para que se uean si la dicha impresion esta conforme a ellos e se os de licencia para los poder uender, tasando ante todas cosas en el nuestro consejo el precio a que se uuiere de uender cada volumen sopena de caer e incurir en las penas contenidas e la dicha pragmática y leyes de nuestros rey nos: e mas de la nuestra merced y de diez mil maravedis para la nuestra cámara: dada en Madrid a diez dias del mes de Abril de mil y quinientos y setenta e un años.

El Licenciado
Menchaca.

El Doctor
Durango.

El Licenciado
Fuen Mayor.

El Licenciado Don
Antonio de Padilla

El Doctor
Redin.

El Licenciado
Contreras.

Yo Juan Fernández de Herrera secretario de cámara de su Magestad la fiz e escriuir por su mandado por a cuerdo de los de su consejo.



Or quanto por parte de vos el maestro Barriētos, nos ha sido fecha & relacion que vos auia des fecho y compuesto vn libro intitulado, *Lima Barbaricij breuiissimæ in sominū Sapienes explanationes*, y otro intitulado *Annotationū silua*, y otro intitulado *Sinonimorum liber*; y otro de *Periodorum siue ambituū distinctionibus de periodis ordinādis de Monetis antiquis ad Castellanas, reductis de Calendis, de Coloribus & eorum significatis*. Y otro de partium orationis Syntaxeos, los quales eran muy utiles y prouechosos a los estudiantes, y otras personas q̄ los leyessen, suplicando nos los mandassemos ver y daros licēcia, para que vos, o la persona que vos nombraredes y no otra alguna pudiesse imprimir y vender los dichos libros, o como la nuestra mereced fuese, y no tuvimos lo por bien: y por la presente vos damos licencia y facultad a vos el dicho maestro Barrientos, o a quien vuestro peder vuiere, para q̄ por tiempo de seys años primeros siguiētes que corra y se quente desde el dia de la fecha de la anterior cedula en adelante vos el dicho maestro Barrientos, o la persona que vos nombrare-

A 3 des,

des, o vuestro poder vuiere, y no otro pue-
dan imprimir y vender los dichos libros en
estos nros reynos: so pena, q la persona, o per-
sonas, q sin tener vro poderlos imprimir
o védieren, o hizieren imprimir o védern, o
traxeren de fuera parte impresso, pierdan la
impreision y los moldes y aparejos cō que
los hizieron, e incurrá mas cada uno de los
en pena de treynta mil mrs: la qual dicha pe-
na se reparta en esta manera. La tercera par-
te para la persona q lo acusare, y la otra ter-
cia parte para nra camara y fisco, y la otra
tercera parte para el juez q lo sentenciare: con
tato que despues de impresso, lo traygan s a
tañar al nro consejo. Y mandamos a los del
nro consejo, presidétes y oydores de las nras
audiencias, alcaldes, alguaziles de la nra ca-
sa y corte y chancillerias, y a todos los corre-
idores, assistentes, gouernadores, alcaldes,
alguaziles, y otras qualesquier justicias de
estos nros reynos, q os guardá y cúplá, y ha-
gá guardar y cúplir esta nra cedula, y cōtra
lo cuella cōtenido no vaya ni pase en tiē
po alguno, ni por alguna manera. Fecha en
Madrid a 28. dias del mes de Septiembre, de
1563. años.


Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad.
Antonio Perez.

M A G N I F I C E N T I S-
limo Ioanni Christophoro Cal
uetto Stellæ Barchinonensi, Historico
Cæsareo, Magister Barrientus
sumnum bonum.

V M aliquid putare soleas, esse meas
nugas (Stella clarissime) non tibi mi-
randum est si solita mea petulantia,
te uirum grauiissimis maximi Cæsa-
ris historijs scribēdis occupatū atque intētum hu-
iusmodi ludicris, à rebus serijs abstrahā. Hāc meā
audaciam tibi profectō imputabis, tu enim (qua
tua humanitas est) huius licentiæ fores tam paten-
ter tua uirtute mihi aperuisti, ut qua data ingre-
di non dubitarem. Quis enim nisi stolidus ac men-
tis inops occasionem adeò inspiratam amitteret?
In mea igitur culpa tibi ignosces, maiorem namq;
te, scio, & animo concepi, quām hoc descensurum
putem. Cæterū tuæ reconditissimæ scientiæ sum
ma amplitudine, tuiq; nominis umbra, hos culices
elephantos uideri, cum intelligerem, frōtem per-
fricui, teq; in illis nuncupare, atque tanquam nu-
mini literarum sacro dicare, sum ausus: qui ut Ne
storeos annos uiuas, Deum optimum Maximum
precor. Q uod facis, quæq; facias, prospere simul
& felicier tibi cedam.

A D . H V - M A N A R V M L I
terarum auditores , Magister
Barrientus.



V M Tirūculis ac in
re literaria nouitijs le-
uiissimi quiq; terrores
obstent, quominus ad
sui literarij itineris fi-
nem perueniant, eum
professorē de eis bene
meritum ducimus, qui studiorum viam, stra-
tis munit, offensiones vitat, cōpendia mon-
strat, cliuos, iuga, abrupta loca, & præcipitia
quo pacto fugiant, vel saltem cū pereant eun-
dum sit, quomodo sine magno corporis &
ingenij detrimēto subeant, ostendit. Duo
iuuenibus Grammaticæ tyrocinium ingre-
diētibus, maxime necessaria esse, experien-
tia, quæ artem facit, docet: primū discipulis
periodoruī, siue ambituū distinctiones, ac
interpuncta, quibus nostri tēporis calcogra-
phi vtūtūr, explanare (quæ potissima inter-
pretationis pars est) deinde, qua ratione pe-
riodos ordinent, certa methodo & clara in-
stituere: quæ duo quantum tyronibus & in
re grammatica mini ne adultis ac versatis, tum
oneris, tuin laboris & inolestiae leuēt, quan-
tumq;

tumq; expeditiores ac alacriores, iter incep-
ptum, his intellectis (illi præsertim qui con-
structionis latinæ rudes sunt) peragat, omni-
bus huius artis Grammaticæ institutoribus
notum satis esse arbitror. Ad hæc ex huius
discipline traditione, illud iam sublimius di-
scet auditor, vbi sermo sit sustinendus &
quasi suspendēdus, vbi mora & respiratio,
in orando, vel legendendo sit faciēda. Alioquin
si interuallis inscite orationem interruīnpit,
maximam obscuritatē lectioni vel orationi
afferet. Proinde, Quintilianus adeò hāc di-
stinguendi virtute in laudat, vt sic doceat.

Virtus autem distinguendi fortasse sit par-
ua, sine qua tamen esse nulla alia in agendo
potest. Quamobrem optimi auditores hæc
vobis in præsentia minimo impendio liben-
ter impertimus: his nostri discipuli instru-
eti, mirum quām citissimè ex limosis ac pa-
lustribus huius artis locis, in literarum bona-
rum, fastigium euadūt. Quibus lucubratiūn
culis si faneritis, eisque æquo animo indulse-
ritis, quid spei in me sit reliquū, in alijs gran-
dioribus vigilijs (Deo Opt. Max.
annuente) facillimè expe-
riemini.

Quin. II.
cap. 3.

Ioannis Dòminici Florentij
Romani.

PLVSTIBI: quam pulsis Capitoli ex arce Camille
Gallis, Roma suo: debet Ibera plaga.
Barbariem procul hinc arces, Barriente, nitore
Conspicuo illustris Stellæ animate tui.
Nec miror Stellam quòd nunc, Barriente, sequaris,
Sydera, qui assidue mente, animoq; subis:
Divinæ undè tibi fœcundi pectoris artes,
Dulcior Hyblæo sermoq; melle fluens.
Ergò age disiecta latè caligine profer
In solem arcana, antiquitatis opes.
Sermoni ornatum, uim nummis, redde colori
Nomen, eris porrò magnus Apollo tuus.

De

De Periodorum siue ambituum distinctionibus discendi studiosis.

MNIS Latina verborum series, cōnexio, & compositio ex comprehensione constat, quām ambitum, periodum, circuitum, continuationem, & circumscriptiōnēm Cicer. C. Cicero appellat. Quod etiam Quintilianus te- Brutus statur, inquiens, hic ambitus siue Periodus est, quæ sensum finit: quam siç Aristoteles diffinit. οὐδέποτε πρόσωπον λέγει ἔχονταν ἀρχήν καὶ τελευτὴν εὐτήν κακηνήν. Idest dico autē Pe- Quin.li. riōdum quæ principium & finem ex se ha- 9.c.4. bet. Principium vero & finem, ex se Perio- Arist. li. dum ipsam habere, Aristoteles assuerat, 3.c.9. ad quia proprijs finib⁹ concluditur, vt perfe- Theo. Etam atq; absolutā sententiam, perficiat: & ut ipse vltra tradit, est locutio perfecta ad exitū perducta. Hermogenes sic definitio, Herme- li.4.c.de τοῦ περί πορνοφύλακας, οὐ τοῦ πολεμού ἐπιχειρείας τοι τοι αγαγεῖν, τῆς θεού καὶ μάτρας ποντικῆς. i. Est igitur Periodus proprie, totius Epicherematis valde necclariis conuentus, & quodam modo clavis. Auctore Quintiliano genera periodorum duo sunt, altera simplex, cura 9.c.4. sensus

De Periodum siue ambituum

Sensus unus longiore ambitu circunducitur:
alterum quod membris, & incisis constat: hoc
compositum ego vocito. Vocat Quintilius
nus periodum, tum viam oratione sensum
concludetem, quam notitiam Grammatici
appellat, tum totam sensus seu locutionis
comprehensionem. Hæc ergo periodus co-
lis (quæ membra Latini dicunt) colon autem,
ex cōmatis, (quæ cæsa) componitur. Habet
periodus inēbra duo, & quatuor, & aliquan-
do plura, à Cicerone quatuor senarijs versi-
bus, aut ipsius spiritus modo determinatur.

Eā igitur verborū seriē nostri tēporis calco-
graphi quinq; characteribus, siue sectioni-
bus, aut interpunctionibus distingunt, quæ
glossematis ac interpretationis vim habet e,

Cic. li. 3. nemo est qui ambigat, & (vt tradit Cicero)
de orato. legenti delectationem afferūt, inquit enim,
distincta, alios, & interpuncta, interualla de-
lectat. Adeo hoc verum est, vt series oratio-
nis connexa, ac sermonis ductus sine distin-
ctionibus obscurior ac difficilior appareat,
aut risque sensus frequentissime periche-
tur, & pereat. Inde Quintilia iustradit, pro-

Qqin. li. 3. muniationem esse dilucidam, si oratio sit di-
stincta. i. vt qui dicit, & incipiat, ubi oport-
et, & desinat. Quod sine interpunctis non
posse fieri perspicuum est: & ut ipse ait, vi-
ciosa

22. De Periodorum siue ambituum. 7
ciosa distinctio obscuritatem afferet. Vnde Alc. li. 4
non immerito à iurisconsultis traditur, ut re de uerb.
cōditiſimae ſcientiae vir Alexius Vanegas ſignifi. in
ſcribit, ob ſolum punc̄tum caruit Robertus prince. &
Aſello. Cum in cænobij janua ſcriptū eſſet, Alberic.
porta patēs eſto, nulli claudariſ honesto. Si in reper-
nanque comma ſit in nulli, ſenſum alium fa torio. ca.
cit, ab eo quem habet, ſi ſit poſt verbū eſto. punc̄tus.
diſtincta præterea periodus, orantem aut le Alex. li.
gentem quiescere, audientem, recitata perci
pere atq; intelligere, efficit. Vnde illud Ci- de ortho
ceronis, clausulas, & interpunctaverborum, Cic. li. 3.
annae interclusio, & angustia ſpiritus attu- de orato.
lerunt, inde recte ab Aufonio Gallo dictum
eſt, affectuſque impone legēs, diſtincta ſen Aufoni.
ſum auget, & ignauis dāt interualla vigorē. in exhor
Quod Diuus Augustinus ſentieis, ſic mo- tatiōe ad
net: ſed cum verba propria faciūt ambigua nepotem.
ſcripturam, primo prouidendum eſt, ne ma Aug. li. 3
lē diſtinxerimus, aut promūtiauerimus, quā c. 2. de do
obre in neſribentes, legentes, auſdicentes, & tri. Chri
in aliquos errores interpuncta ignorantis in ſta.
cidamus. De periodorum diſtinctionibus
in hoc opuſculo vos monere non ab re mihi
viſum fuīt. Quarum duo ſunt genera, Perio-
dorum, & Dictionum.

De

De Periodorum chara- teribus.

Hieron.
in Esaiæ
prolog.

CHaractères quibus prisca illa ætas con-
tēta fuit, (Diuo Hieronymo teste) duo
sunt. Comma, & colum, his verbis. Sed quod
in Demosthene & Tullio solet fieri, ut per
collascribantur & commata. Quæ consue-
tudo usque ad nostra tempora durauit. Cæ-
terum præsens ætas in multis alios characte-
res ac distinctionum genera (ut clarior scri-
ptura reddatur) excogitauit. Quæ numero
quinque sunt.

1. Comma.
2. Colum.
3. Clausula.
4. Distinctio interrogans.
5. Hemicycli parenthesis.

Quin.li. Comma incisum vertitur Latinè (autore
Quintiliano tradente.) At illa connexa se-
ries, tres habet formas, incisa, quæ *nóπτα*
dicuntur. Membra, quæ κῶλε, & τεπιοδος, quæ
est, vel ambitus, vel circunductum, vel con-
tinuatio, vel cōclusio. Ab Aquila Roma
cæsum dicitur.

Aris.li.3 Deducitur à verbo *κόπτειν* quod incido
ad Theo significat. Est (autore Aristotele) τὸ τέπωμό
do.c.9. για τὰῦταις. Idest, est altera pars huius, penulti-
di

De Periodorum characteribus.

8

di intellige. Aquila autem Romanus sic definiit: est cæsum pars orationis, nondum ex duobus aut pluribus verbis quidquam absoluti significas. Ab Hermogene sic, κόρμα δέ Ἡρμός γιορθεσι διανοτας μηδέτερα κῶλον, Id est, compositio sententiae breuior mea spiritu. Quod codē teste, quatuor aut quinque aut sex syllabis constituitur. Nam (ut idem docet) si sententia in duabus syllabis perficiatur, comuta est. Quintillianus sic definit, est sensus non expleto numero conclusus. Cōmata igitur, id est, singulas orationes hemicyclis distinguimus, hoc est medijs pūctis, quæ, c. quodam in linea fine hoc modo: figurantur. Eis vtcendum est in singulis orationibus, quas Grammatici notitias appellant, nos etiam dyastoles: sensus enim ibi non cōcluditur, vt, virtutem amplectimur, omnes qui volumus, insignes haberi. Cicero, vt plurimum potestas data est augēdæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornādo, quod possum effet, aut in præmio virtutis tuæ, aut in honore verborū. Ponitur & hic character in singulis orationis partibus, quando oratio articulis distincta est, Articulū vocat. Cic. cūm singula verba interuallis distingūtur eç sa oratione: sic, erat malus, infidus, sacrilegus, fœdisragus, corrigeret eum magister sua do

Quint.li.

9.c.4.

Cicer.li.

20.ep.13

Cice.li.

4.ad He

ren.

ctrī-

De Periodorum Characteribus.

Cic.li.4. Estrina, & bonis moribus. Cic. Nō enim his
rebus pugnauimus, quibus valere potera-
mus, cōsilio, autoritate, causa, quæ erant in
nobis superiora. Eo etiam vtuntur aliqui in
Parenthesi, hoc modo, scelerate, quid te mo-
uit, non alio appellaberis nomine, vt me de-
luderes? velium pessimum distinctionis ge-
nus est.

De Colo.

Colum membrū est latinè, (vt vertit Ci-
cero) cuius definitio apud Herniogenē
Cice. de hæc est, κῶλον ὅτε ἔγινη ἀπερτηπένθιάνων, Id
dla.ora- est, membrum est perfecta sententia. Apud
to, & de Quintilianum est sensus numeris conclusus,
orato. sed à toto corpore abruptus, & perse nihil
Quint. efficiēs. Ex quorū quatuor ad summū Perio-
li.9.c.4. dus cōstat. Si enim hūc numerū excedit, nō
periodus, sed πνέυμα vocabitur. i. spiritus,
qui sic ab Herniogene diffinitur. πνέυμα μὲν
οὖτις σύνθεσις λόγου θιάροιαν ατάρτιον, εν κῶλοις
καὶ κομμασι μετρουμένον, πρός τὴν διάρηταν τοῦ πνίγ
ματος κατατην φωνὴν τοῦ λέγοντος. Id est, spi-
ritus igitur est cōpositio orationis sentētiā
perficiens, membris & incisis metiens, ad te-
norem spiritus secundum vocem dicentis.
Vbi igitur oratio finit, sensum illum perficiens,
attamen non periodum, ibi duo pūn-

cta

Et signantur, quæ column dicimus. Ut, te dicit
fendit amici: colunt propinqui: amant ciues:
in uno quoque horum membrorum sensus per-
fectus inest, ceterum quoniam orationes que
sequuntur, quibus periodus absolvitur, con-
nectuntur superioribus, singula colla duobus
punctis signantur, sequitur namque, cuncti omni-
nia bona tibi imprecantur: te ducem expe-
tunt.

De clausula.

Clausula seu distinctio, quam punctum
alijs nominant, est signum segregans in-
tellectum & spiritum recreans prolatoris.
Haec clausulae seu puncti definitio à Francis
co Nigro assignatur. Hoc insine periodi, que
clausula dicitur, ubi tota sententia clauditur,
est signandum: eo enim quando sensus est im-
pletus, utetur. Vbi (vt Quintilianus scribit,) in
iatn erit distinctio, quia inde alias incipit sen-
sus. Habet etiam locum in praenominibus ac
cognominiibus, cum ea una duntaxat litera
scribimus. Ut M.T.C. & in hoc nomine Re-
publica & similibus: vt Reipub. causa multa
sunt toleranda: & Tribunus ple. cōsulit. Po.
Rom.

Punctum, clausulam ego vocito, iuxta illa-
lad Ciceronis: clausulas & interpuncta verbo

De Periodorum Characteribus.

rum animæ interclusio & angustiæ spiritus
Cic. li. 3 attulerunt. Interpuncta vocat Cicero reli-
deorato. quos characteres extra punctum ut comma,
colum, & clausulam, quam Quintilianus di-
stinctionem.

De distinctione interrogante.

Distinctio interrogans, quam punctum
interrogationis alij appellant, in ora-
tione interrogante ponitur, punto & supra
illud apice signato hoc modo? Inscriptum
cum occurserit, erit illud membrum pro-
nunciandum, in principio voce modice de-
Virg. li. flexa, & in fine accuta. Ut illud Vergi-
. Aenei. lij. Quæ te genitor sententia vertit? scribi-
Ibidem. mus etiam hunc characterem in acclamatio-
nis membro. Ut illud eiusdem: Mè re in
cepto desistere vietā? Nec posse Italiā. Teu-
crorum auertere regem?

De Hemicyclis Parenthesiſ.

Hemicycli parenthesis duobus (altero re-
sto, altero inuerso, hoc modo notantur
()). Inter hos duos characteres clauditur sen-
sus ab eo, qui est in oratione, diuersus. Fit
enim (autore Quintilio) dum continuatio-
ni sermonis medijs aliquis sensus interuenit.

Lati-

De Periodorum characteribus. 10
Latinè codem teste, interpositio sive inter-
clusio vertitur: Virgilius. Ego hanc vitulam Ver.
(ne forte recuses bis venit ad mulstram, bi- 3.
nos alit vberē fætus) de pono.

De dictiōnum characteribus.

CAlcographi in quoquis scripti genere
sic characteres extra periodum usur-
pant. Primus vocatur virgula divisionis aut
septiōis: quæ unavirgula sic - aut duab' sic --.
describitur, & finem versus ponitur, quando
vocabulūm non finitum est. Ut,

Magnū vieti - gale est parsimonia.

SEcundus est apex, seu virgula quædam,
quæ in ultima dictiōis syllaba des-
cribitur, non ut ibi accentū enunciemus,
sed ut vocē declinabilem ab inflexibili di-
stinguamus, ut ponē, porrò, palām, quod,
verū, cæterū.

Tetius est duæ virgulæ superiori parte iū
etæ, inferiori autem disiunctæ, hoc modo
à quo significatur, accentum collocari in illa
syllaba, supra quam est: ut Latīa, Lūcias,
Adamāntinus, Amigdālinus, Procērus.

Quartus est duæ virgulæ huic/contra-
riæ, quæ in parte inferiori concurrunt, in

De Periodis ordinandis.

superiori vero distinguuntur sic ô quo intelli-
gimus, syllabam, supra quā est, breuem esse,
ut āries.

Quintus est virgula recta oblique posita
supra alicuius dictionis vocalem, qua mone-
imur, vocalem illam esse longam, quæ descri-
bitur, sic. Sextus ^{vñ} gr̄cē, latinē subunio, seu
connexio potest appellari: character c̄, sup
duæ dictiones conglutinantur, ut de integro
signantur sic.

Hæc de Periodorum distinctionibus.

De Periodis ordinandis.

PERUERSUM ordinem, sensum perturbare,
nemo nō vel mediocriter in literis versa-
tus, fatebitur: illudq; non diffiteatur, necesse
est, si autorem latīnum in alienam linguam
verterē, aut discipulis interpretari velit, nisi
exacte periodorum ordinem intelligat, &
feruet, autoris sententiam, aut autore ipsum
non verti, sed inuerti potius. Propterea cha-
rissime auditor de ordinandis Periodis hæc
tibi tradere libuit: quæ si bene intellexeris,
tu ipse testis oculatus eris, quod nam cōmo-
dum inde consequaris.

Ali-

Aliquā Periodum interpretatur, eam usque ad clausulam legat: deinde ad principium reuertatur, vſq; adeò comma, aut colū obuium sit, in quo verbū reperiatur, & si ibi non occurrit, periodū legat, usque adeò inueniatur, quo inuento, ulterius non est progrediendum: postremo his seruatis præceptionibus sensum explanet, & ordinet, his peractis atque explanatis in reliquis cōmatiſ idem faciet, usque ad clausulam perueniat.

Quatiescunque vocandi casus ſiue vocatiuſ adſuerit in oratione, incipe ab eo: ſi nou, à nominatiō: ſi hic non aderit, a verbo, ſine quo oratio eſſe nō potest. Ut illud hymno-graphi, Ut queāt, laxis resonare fibris, mirageſtorū famulituorum, ſolue polluti labij reatum Sancte Ioannes. Quæ ſic iunges, Sancte, Ioānes ſolue reatum labij poluti, ut famuli queant, laxis fibris resonare mirageſtorum tuorum.

Nunquam à dictione recta, ſed regenti Virg.li. eſt incipiēdus ordo: ut illud vergilij. His ego t. Alneſ. nec metas rerum nec tēpora pono. Non ſic astruā, His, à aquestos, ego &c. Sed ſic, Ego nec pono metas rerum, nec tempora His. Si autem obijcias, ut & alijs in locis poteris argumentari, vel potius cauillari(ſi cculis itui

De Periodis ordināndis.

diæ; aut dectractiōnis veneno suffusis aliorum labores extinguere, tanquam Basiliscus libet) quid attinet, aut quam literarum iacturam interpretans faciet, cum ordinem à voce, his, incipiat? Ad te (inquam) velut adul tam & literis imbutum nihil pertinebit, ad tyroneim autem maxime. Via opus est incipientibus (vt inquit Quītilianus,) sed ea plana, & cum ad ingrediendum, tum ad demonstrandū expedita.

Si infinitiui modi verbum in propria natura captum adest in oratione, ordinem incipe non ab eo, sed à verbo unde regitur. Vt il Terent. Iud, verum aliter euenire multo, intelligit. in Andr. Non sic copulabis, verum mas, euenire, acō prologo. tecer, multo aliter, muchio al reues, intelligit

Sed à verbo intelligit, incipies, sic Verum intelligit, multo aliter euenire. Dixi in propria natura captum, quoniam quando ponitut pro noīnīne, aut pro præterito imperfecto, optimè ab eo incipiēmus. Vt ibi, posse, loqui, eripitur. Sic maritabis, posse, idest, potestia, loqui pro loquelæ, eripitur, auffertur.

Si verba modi indicatiui, & subiunctiui iungantur, ordo a verbo indicatiui sumendus est, vt illuc, Proniso quid agat Paphilus. Et illud ciusdē. Vt grata mihi sint, quę facio oia

Ordo

Terē. in.
Eunū. ac.
3. Sc. I.

Ordo inceptus ab obliquo est fugiendus,
vt apud Cicer. Præterquam quod Reipub. Cic. li.
consulere debemus. Non incipiam ordinem 10.ep.1
ab obliquo, Reipub. Ut illud eiusdē. Mag. Ibidem.
næ tum diligentia est, tum etiā fortunę. Nō.
iunges, Magnæ diligentia, de gran diligen-
cia, est, es: sed à verbo est. In oratione tamen Virgi. li.
infinitiū modi utriusque vocis rectæ ab aē- 1. Aenei.
cusatio inchoabimus, sic: Mēne iliacis oc- Verg. li.
cuimberē campis non potuisse? Quoniam 4. Aenei
vīm suppositi habet.

Cōunctiones & aduerbia in periodi prin Cic.li.4.
cipio obuia, ante cæteras voces ordinantur. ep.4.
Ut Vergil. At Regina graui. Cic. Ego vea Cic.li.4
ro Serui vellem. ep.4.

Si ablatiuus absolutus primam orationi
sedem occupauerit, statim est ordinandus. Cic.li.10
Cice. Recitatis litteris oblata religio Corru- ep.3.
to est. In alijs locis eum cōiunge, quando oc Cic.li.10
currerit. Ut illud. Omnia summa consecu- ep.3.
tus est, virtute duce, comite fortuna.

Aduerbium semper ante dielionem cui Terē. in
adiūgitur, in qua cunctis orationis parte sit de Eunu.ac.
bet cōglutinari: vñ Est isthuc datum profē- 3.Sc.1.
cto. Huius ordo erit profecto isthuc.

Nunquā adiectiuū ante substantiuum est
astruendū, sed sustatiuū primū locū occupa Teren.
bit, vt. Magnas vero agere g̃as Thais mihi. ibidem.

De Periodis ordinandis.

Cice. li.
10. ep. 1. Parenthesim longam ad finem periodi ordinabis; ut Cui satis feci vel ætate vel (si quid etiā hoc ad rem pertinet) gloria. Si autem breuis est, quando occurrit in membro, iunges. Ut illud eiusdem: sed & te aliquanto ante (ut spero) habebimus.

Ibidem. Praecepta supradicta non seruantur, inquis vel qui, nam in quocunq; sit casu, est ordo inchoandus à suo antecedenti. ut, Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit. Sic adiungam. Eunuchum, et Eunicho, quem, et qual, dedisti, &c.

Teren. Dictiones negatiæ nullus & nemo, ordinem ab eis incipi, exoptant: ut illud, Neminem introire video, exire neminem.

Cice. li.
10. ep. 7. Quando comma post unam aut duas dictiones in periodi principio sine verbo sequitur, verbum est intelligendum ex praecedenti sensu, aut ex sequenti. ut Cic. una, quod publicis literis oinjia sum persecutus, altera, quod Marcum Vārisi diurn &c. Una, intellige ex precedenti, res me breuiorem facit. Sic efficies in altera. aut debes verbū ex sequenti sensu venari, quod frequetissimum est: Ut illud, nam quis, in ea fortuna que mea est, & ab ea vita, quam in me cognitam hominibus

arbitror, & cum ea spe, quam in manibus habeo aut sordidum quidquam pati, aut perniciosum concupiscere potest? Quod sic ferrum minabis atq; connectes, Nam quis potest, aut sordidum quidquam pati, aut perniciosum concupiscere, in ea fortuna, que mea est? Sic intelliges in eo comminate, & ab ea vita: scilicet: & quis potest, aut sordidum quidquam pati, aut perniciosum concupiscere, ab ea vita? &c. Sic efficies in illo commitate quod sequitur, Et in ea spe.

Hæc de ordinandis Periodis.

De Monetis antiquis, Castellaniis pecunijs collatis.

Satis inter certissimos quosq; autores &c Arist. li. shorum principem Aristotelem constat ho i.c. 6. Pominum commercia rerū permutatione, analyti. tequam metallum in pecuniarios usus deueniret, facta esse: vt vel nostris temporibus ab Hispanis in India occidentali, & in Africa in regione Senegæ effici compertum est. Metalis iam inquietis illud omnibus indubitatum, auro, argento & ære signato, primo antiquos non usos fuisse: sed potius rudia & informia frusta, vel laminas nota ponderis impressa Ibid. (teste Aristotele) pro signata pecunia nu-

De monetis antiquis

Pli.li.33 meraſſe. Postea vero metallo signato vſi
ſunt: Nā apud Romanos Seruū Regem pri-
mum & ſignaſſe, Plinius autor eſt, cum an-
teca nec argento quidē signato Romani u-
rentur. Apud Græcos id primus Phædo fa-
~~Strabo.~~
~~li.8.~~
Et itauit (vt Strabo tradit) ſic apud alias natio-
nes alij. Abrahamum Geneseos. cap.23. qua-
dringentos ſiclos argenti probatae monetæ
publicæ: pro Sare uxoris ſuæ ſepulchro ap-
pendiſſe legimus, annis ante Christum na-
tum duobus millibus ferè nam fuerint anni.
1903. Cumque adeò inconstans ac variū mo-
neterum pretiū & pōdus extiterit, hacq; de
cauſa noſtris temporibus vel antiquos auto-
res explanare, vel noſtris monetis nomina in-
dere, ſit arduum atque difficile, in hoc opu-
ſculo libuit antiquos nummos ad Castellano-
rum pretium reducere, indeque ad cæteratū
nationum collationem calculus erit certus:
& id quod Castellanis nā mortam generibus
proprius accesserit, non nimis anxi illo nec
ſcrupuloſo examine & pondere conferam.
Illud animaduersione dignū, olim ex Stan-
no ac plumbō nummos cuſſos fuiffe, vt pa-
tet in l. lege Cornelia cauetur. ff. ad l. Corne-
de falsis. Clazomenos nā minis ferreis uſos
fuiffe, & Dionysiū Syracusanum plumbēū
nummin percussiffe. Aristoteles ſcribit.

Aristot.
li. 2.

Omne

Omne metallum signatum, nummum, monē^m Dere fa-
tam: aut pecuniam appellamus. Vt l. num- miliari.c.
mis depositis. ff. de in litem iurando. Nu- 16. cr.c.
mīsa moneta est imaginem Regis aut Im- 20.
peratoris impressam habens: vt ibi, ostendi-
te mihi numismata census, id est, ostendite mi- Math.22.
hi inscriptionē in nummo factam. V ide. l. hu-
mīsinatum. ff. de usū fructu & quemadmo-
dum, &c. Cumque olim poderaretur metal-
lum, exponderunt nominibus sēpe quid mo-
netā valeat, considerandum est.

De Romanis monetis.

OMNE MONETARŪ GENUS PRÆTÍUM VARIAS-
SE CUNCTI PRO COMPERTO HABENT: prop-
TEREA STABILĒ AC FIRMIUM CARUM VALOREM SIG-
NARE MAXIMUS ēST LABOR: CÆTERUM PRÆTIJ VA-
RIETATEM QUOTIES OPPORTUNITAS SE OBTULERIT,
PRO NOSTRA VIRILI PARTE ASSIGNABIMUS.

De Asse & eius partibus.

ABÆREDICI, MAR. VARRO. lib. 4. ling. Latī.
Ascripsit. Est idem quod libra seu pōdo
vt l. scribit Quintus Martius. ff. de auro &
argē, legato, in duodecim uncias diuiditur.
vt,

De monetis antiquis

vt l. interdum. & l. seruū. ff. de hæred. instit.
Sed solēnis (inquit) assis distributio in duo-
decim vncias fit. Fuit æneus ex nostratis
pecunijs Castellanis quatuor teruncios va-
lehs, quattro maravedis. Tantulo pretio illo
tempore libra æris constabat. Hoc pretium
apud Euangeliographū intelligitur ibi, non.

Cornel. nec quo passeret asse veneunt? Et illud Corne
T. li. i. lij. Taciti, Denis in diem assibus animam &
Annalū corpus æstimari. Diurnum namq; militis, sti-
pendium id erat. Quando as est argenteus
(quoniam quælibet vncia septem denarios
efficit) octogintaquatuor denarios compre-
hendit, ex nostris Castellanis regalibus nona-
ginta nouem efficiës, sexteruntijs demptis
sive ducatos Castellanos nouem, quorum qui
libet vndecim regales contineat. Deinde (vt

Pli. li. 33. tradit Plinius) cum impēsis bellicis Respub.
Romana non sufficeret, cōstitutum, vt asses
sextantario pondere, idest, duarum vnciarū
ferirentur, & sic totus as. 24. teruncios vale-
bat. Postea Hannibale Romanos vngente.
Quinto Fatio Maximo dictatore asses vncia-
les facti. & tunc as. 48. terūtijs stabat. Postre-
mo lege Papyriana semūtiales asses fuere ita
vt as valeret teruncios. 96. Omne argenti po-
dus duodecies vel decies auctum idem auri
pondus facit, vt libra argenti ducatorū nouē
est,

De vncia.

Assis partes propria nomini habent. vt. L
seruum. t. de hæred. insti. quarū priu-
est vncia. Quæ quando est ærea, ex Castella-
na moneta, cornatum & ferè semissimi valet
Hisp. cornado y medio, poco menos. Si est
argētea denarijs septē stat, ex nostris regali-
bus octo & quarta parte regalis nostri. Hisp.
ochoreales y vii quartillo, fēmiteruncio dē-
pto. In mēsuris est idem quod pollex, id est,
pars duodena pedis. Vnde Diuus Hierony-
mus in Iobi prologo literas vnciales appella-
uit, hoc est pollicis magnitudinem referen-
tes. Sic. lib. 3. ca. 7. Regum Grositudo autem
literis trium vnciarum erat, vbi Hebræi qua-
tuor digitos interpretantur. Tres namq; pol-
lices quatuor digitos faciunt.

Semuncia

Media onça.

Sescuncia

Onça y media.

Sextans.

Dos onças.

Quadrans.

Tres onças.

Triens.

Quatro onças.

Quincunx

Cinco onças.

Semis

Media libra o scyson

Septunx.

Siete onças. (cas

Bes

De Monetis antiquis

Bes	Ocho onças.
Dodrans	Nueve onças.
Dextans	Diez onças.
Decunx	Once onças.

Fanius Vncia argenti regales octo valet cū quart
apud Pri taregalis parte. Hisp. ocho reales y un quart
scianū li. tillo. Si est aurinouē ducatos. octo drachmas
de pōde valet. Vnde Fanius, vncia fit drachmis bis
re et mē quatuor. Vncia ab uno venire scripsit Mar-
suris. Varro, li. 4. ling. Latī, eius nota vt docet Vo-
lūsius est. ...

De Sextante.

Sextans seu sestans duas vncias habet. Ex
pecunia Castellana, cum as sit duodecim
vnciarum, semiteruncium & cornatum ferè
valēt. Hisp. una blanca, y casí un cornado.
Quando as sextantarius erat, quatuor terun-
cios valebat. Quādo autem vncialis octo, cu-
Plin.lib. jus meminit Plinius. Nam quod Agrippæ
33. c. 10. Menenio sextates æris in funus contulit. Ti-
TitusLi. tus Liuius. Extulit eum plebs sextatibus col-
li. 2. ad ur latis in capita. Qui sextantes de primis intel-
be cond. ligendi sunt, nondū enim illa tempestate sex-
tantarij aut vnciales asses facti. Dum autem
as erat semūcialis, decem & sex terunciorum
erat. Eadē diligentia est adhibenda in cæte-
ris

ris assis partibus. Erat mensura genus, vnde Trāquillus de Cæsare Augusto. c. 77. Quādo largissime se inuitaret, senos sextantes non excessit. Hisp. medio quartillo, valiendo et aquimbre a deziseys marauedis. eius nota est tradente volūtio. ≈ .

De Quadrante.

Pecunie genus est ex nostris terunciuū valēs, erat nanque quarta pars assis tres vni cias habens, de quo in Euangelio. Ibi erit donec soluat ultimum quadrante. Quorum centum erat pretium sportulae apud Romānos. i. stipendium quod stipatoribus & salutatibus dabatur. Martialis: Dat Baiana mihi Marty. II.
I. quadratesportula centum. Idem iudicium & ratio est adhibenda in quadrante, que in sextante, nam quando as erat sextantarius, octo teruncios valebat, quando vncialis decim & sex, sic notat Volusius. ≈ .

De Triente.

NVmmi genus ex nostris teruncium cornatum & fere dimidium valens. Hisp. vn marauedi, y vn cornado, y casi medio. Tercia pars est assis quatuor vncias habens. Juuenalis.

De Monetis antiquis

Mart.li. Infelix nec habet quem porrigat ore trientem.

8. dñe bial Est mensuræ genus apud Martialem.

à Ruffi. Seruabor dominæ Ruffe triente tuo.

Idem Idem alibi. Densique trientes.

Mart.li. Quatuor Ciatos facit in liquidis, vncias vi
6. in bibē delicet sex. Hisp. medio quartillo menos dos
teraquā. onças. Cuius nota est. $\equiv \equiv$.

De Quincunce.

QVincunx quinque vncias habet, tres se
miterūcios & cornatum valens. Hisp.
tres blancas y vn cornado. Nota quincuncis
est. $\equiv - \equiv$.

De Semisse.

SEmis sex vnciarum est duos habet terun-
cios, quando autem as duarum vnciarum
erat, duodecim terūcios comprehendebat,
quādo vncialis vigintiquatuor. Dictū quasi
semias. i. dimidiū assis scribēte Vattrone. li. 4.
lin. Lati. de quo sic Volusius, Pars dimidia
semis vocatur. nota ejus. 5.

De Septunce.

SEptem vncias pendet, duos teruncios cor-
natum & semissēm ferè pendens. Hispa.
Dos marauedis, y vn cornado y casi me-
dio, Qui ex auro etiam erant ut apud Liuiū
con-

cōstat. Septunces auri(ait) in singulos pretiū Liu. li. 3.
cōuenit. Qui ex nostra pecunia. 63. ducatos cō uel puni-
ficit. Hoc pretio Casilinorum libertorum sin-
gula capita redēpta fuerūt. Apud Martialem Mrt. lib.
ibi, si dubia est, septuncē trahar: Est mensuræ 8. dphias
geuus cyatorum septem capax, decem vncias la Ruffi,
& dimidiam implens, faciens ex mēsuris Ca-
stellanis, medio quartillo y la quarta parte de
mèdio quartillo y mas media onça, dādo diez
y seys onças al quartillo. nota est, §.

De Besse.

BEs. bessis sic M. Varro, ac Volusius incli-
nant, octo vncias habere, Marcus Var-
ro li. 4. De lingua Latina testis est, ait. n. Bes,
vt olim des, dempto triēte. Valeat idem quod
duos triētes. Cuius Cic. lib. 4. Ep. 14 ad Atti.
Idibus Quintilis factum erat bessibus:

Apud Pli. lib. 18. cap. ii. genus est pōderis
octo vncijs constans. Satis esse besse fermēti
constituere.

Bes etiam genus est mensurę agrestis, vt ex
Colu. lib. 5. cap. i. patet.

Signatur autore Volusio sic. — S.
Laterculos bessales vocat Vitruvius. tum
lib. 5. cap. 10. tum lib. 7. cap. 4. octo pollices in
longum extentos.

De Dodrante.

Dodrans nouem vncias habet, cum æris
est, tres terūcios valet Hispan. tres mīs.
Mār. li. 8 Cuius monetæ Martialis meminit.

**ad Quin-
tum.** Soluere dodrātem nuper tibi Quinte vole-
bat Lippus Hylas, luscus vult dare dimidiū.
Dictum quasi dempto quadrante sic. M. Var-
ro, lib. 4. ling. Lat. notatur Dodrans. S Z.

De Dextante.

TN Dextante sunt vnciae decem ait Volu-
sius, inde deduci innuit Varro, lib. 4. De
ling. Latina, quasi Dempto sextante, pro ge-
nere in monetae accipi nōdum mihi cōpertum.

Est mensuræ genus decem pollices habēs
vnde Vitru. lib. 3. cap. 3. Ut neque crassiores
dextante; nec tenuiores dodrante sint collo-
catur. Dextantis nota secundum Volusium
est, S ☐ - ☐ .

De Deunce.

**Mart. li
bro. 6. ad
Aulū de
Lusco.** **D**EUX vndecim vnciarum est. non legi-
vbi moneta sit, sed mensuræ genus apud
Martialem. Misceri sibi protinus deūcessed
crebros iubet. idem, Quam septem vomit me-
ros deunces. Hisp. medio quartillo y vn po-
co mas de la tercia parte de medio quartillo.
Est

De Monetis antiquis.

Est quoq; mēsuræ genus apud Columellam,
vndecim digitos habens . Nota deuncis est,
Colu. li.
§.ca.1.

S = - = .

Sunt alia ab asse cōposita vt decussis pro-de-
cem assibus: sed pro pecuniae genere nondum
legi centassis. i. centum asse, quatuor centos
terūcios. idem quod corona Hispana. Persius
Saty. 5. Centū Græcos curto centusse licetur.

De Teruncio.

Volusius
li.de pon
cribus.
TEruncius idem est quod quadrās, autore Volusio Mætiano, in pecunia Castella-
na, est vñ maravedi , Nam vt ideni Volusius docet, sestertiis quadraginta terūcios habet.
Cuius numismatis meminit Cic. tum in alijs locis, tum lib. 2. Epist. 17. ibi, tesuncij n̄e attigit. Habet tres vincias, autore Varrone lib. 4. ling. Lat. & propterea olim triuncis vocabatur, vt scribit Plinius.

De Denario.

Pli.li.33
ca.1.
Denarium decem libras æris valere, testis est Plinius, Ex nostratibus pecunijs vñ regalem & sex teruncios faciente quanuis Budus drachmales faciat denarios triginta, quinque teruncios valentes. Sed Denarius non est octaua pars vnciae , vñ drachma, sed septima, quemadmodū. Georgius Agricola recte pro

De monetis antiquis.

bat. Fuerunt & postea denarij, decem & sex assium autore Plinio, & hoc pretium, Volusij Mætiani tempestate, qui Adriani & Antonini philosophi æuo vixit, Denarius habet Scribit enim, nunc Denarius sedecim. Victoriatus & Quinarius octo, Sestertius quatuor asses valet: & tūc Denarius sexaginta quatuor teruncijs permutabatur, qui apud Euangelio graphos est intelligendus, vt ibi, Nonne ex denario cōuenisti meū? Et apud D. Ioānem ducētorū denariorū panes nō sufficiēt eis, Augusti. n. Cæsaristēporib⁹ Denarius sexdecim asses valebat, Vt̄ tu. n. q̄ suos librōs ei dicauit, sic lib. 3. c. 1. scribit inquiens. Sic efficitur, vti habeat pes sexdecim dicitos, & totidem asses ærarius denarius. Character eius erat quidam asteriscus * cū potius litera. x. signari debeat, quæ decem significat, quoniam autore Varone denos æris valebat. Verum ad. x. discriminata signatus. Sed. x. vt ex Volusio patet sic debet describi. **X.** Quorum octoginta quatuor libram faciunt. Apud Cornel. Cel. Asterisco frequentissime signatur, singulorū (ait) P. II. * idest pondo diorum denariorū.

Ioān. c. 6

Varrō. li.

4. lin. La
ti.

Cornel. li.

S. c. 18. C.
alijs locis.

De Nummo.

Q Vando est æris, idem est quod sester-
tius

tius, decem teruncios valens. Hisp. diez mara Cic. pro
 uedis. Sicq; nummus sestertius, apud Cice. in Rabirio
 uenimus. Erat & argenti, vt ex Plauto patet, posthu.
 idem quod drachma continens, vt ex Teren. Plau. in
 tio liquet. Erat & auri, cuius mentio est apud Aulula.
 Cice. qui mille terūcios continebat (vt tradit ac. 1. Sce.
 Dion) Aureum vero (inquit) voco id numis- 2.
 ma, quod vigintiquinq; denarios comprehen Terent.
 dit, & cùm quilibet denarius sit quadraginta in Heau.
 terunciorum, facit aureus nūmus mille terni- ac. 3. Sce.
 cios. Quod imperator Justinianus de succes- 3.
 sione libertorum. §. sed nostra, cōfirmat, tra- Cic. Phi
 dens nūmus aureum mille sestertijs. i. terun- li. 12.
 cijs computari. Quamvis Theophilus in codi- Dion. li.
 ce Graeco solidū habet quod idem est. Quos 55.
 intelligit Sciuola in l. Quintus. ff. de posī. vi-
 gintiquinq; nūmos (ait) quos apud me esse
 voluisti. Sed nūmi aurei ratio difficillima est,
 quoniam &c pondus, & pretium, sāperume-
 ro variauit, vt rectissime Leonardus Portius
 scribit. Nummi aurei frequentiores pōdere
 duarum drachmarum inueniuntur. Et cum vt
 plurimum aurum de cuplo pluris argento va
 leret. Aureus duplus coronam nostram dupla
 continebit, teruncios nostros octingentes, &
 sic erat nūmus aureus vnius drachmæ coronā
 nostram simplan amplectitur, id est, terūcios

C 3 nostros.

De monetis antiquis.

nostros quatuor centos. Inuenitur & aureus tantū in hac summa, si ne nummi adiectione, vt.l.nonnulli. ff. de acusatio . Nonnulli(ait) propter paupertatem vt sunt, qui minus quā quinquaginta aureos habent. Vnde intelligimus illum pauperem haberi, cuius res familia xis quinquaginta millia terunciorum non excedebat. Aduocatus pro qualibet causa numerum centum aureorum excedere non debet. vt l.præses. ff. de extra ordi. cogni . quæ summa est centum mille terunciorum. Hisp. cien mil maravedis. Eandē summati excedere non debet magistratus in donis seu munieribus accipiendis. vt.l.eadē.l. ff. ad leg. Iul. Repetū. Est **Hord. li.** nummus aureus Phliippeus de quo Horatius, **2.ep. 14.** ducentos nummos aureos Philippeos dabit. Cuius etiam Plautus & Liuius meiminerunt. Qui & Philippi, orum dicuntur. Legitur eius diminutium, aureolus apud Martialem.

De Victoriano.

Pli.li.33 **V**iginti terucijs stat. Hisp. Tarja de aveyn te, o veynte maravedis, sic appellatus à c. . victoria signo teste Plinio. Apud Quintilianum & Ciceronem eius mentio est, Denarij dimidium valebat, qui & quinarius dicebatur. **Cic. pro Fonteio.** Vnde Volusius Mætianus scribit. Victorius

riatus enim nunc tantundem valet, quantum quinarius olim. Cuius temporibus octo asses. i. 32. teruncios ut idem tradit, valebat.

De Sestertio.

Sestertius in genere masculino est æris, & decem teruntios valet: quoniam duas libras & semissim amplectitur: qui cum adiectione nummi, & sine ea inuenitur. Volusius Mætianus qui Adriani & Antonini philosophi temporibus floruit, docet quatuor asses valere, id est, decem & sex teruncios, quia illa tēpestate, denarius sedecim asses valebat. In genere autem neutro duas minas Atticas & semissim argenti habet, & quælibet mina centum drachmas, & quælibet drachma, quæ in libram Romanam ingreditur, idem est quod Denarius: sic valet decem mille teruncios, sem In Epist per enim in genere neutro argeti est nō æris. Signatur hoc charactere. HS, ut apud Cice. videbis. Apud autores saepissime intelligitur hoc nomen. vt. l. lecta est. ff. si cert. pet. Quindecim mutua numerata, intellige sestertia. In iure quindecim sestertium, & quindecies sex tertium idem est. i. mille quingenta sestertia. Aduerbiū numerale iunctum sestertio, notam centenarij secum affert. Sic quoties inue

C 4 neris

De Monetis antiquis.

meris in autoribus decies sestertium, intellige decies centena sestertia, duodecies sestertium,

Tit. Liu. id est, duodecies centena sestertia Titus Li-

lib. 4. uius, Qui summa trecenta millia usque ad de-

cies æfis, quinque nautes. Qui supra decies, se

ptem, id est, decies centena millia. Cornelius

Tacitus lib. 13. Sestertium quadringenties in-

telligenda sunt centena millia Sueto. in Aug.

cap. vlti. Millies quingentics professus. & ul-

tra Quaterdecies millies. intellige, Centena-

millia sestertia. Græci sestertium pro terun-

cio sumpserunt, ut patet apud Iustinianum,

De successione libertorum. §. sed nostra, ubi

imperator ait, nummum aureum pro mille se

stertijs computari: quamvis Theophilus soli-

dum verit, ubi Græce νόμισμα: quod idē est.

Sic loco citato scribit ὁ στεταχίλια σεσέρτια

ἐν γέμισμα ποιῶν. Quoniam apud Græcos νόμισμα

pro solido, & nummo aureo, seu aureo sumi-

tur. Ut. §. curatorum cost. 30. νομισμάτων χρυ

σσύπάρχειν. Vbi Holoander, solidi aurei,

transl. et.

De Aureo.

Mille teruncios valet & solus inuenitur
sine nummi adiectione, ut. l. nonnulli.

ff. dc

ff. de accusatio. Nonnulla (inquit) propter paupertatem, vt sunt, qui minus quam quinquaginta aureos habent , id est , quinquaginta millia terunciorum . Eādem summam nummus aureus comprehendit , vt in numero leges. Inuenitur nanque solus nuda tantum appellatione aureus , & adiunctus cum voce nummus: numinus aureus : vide vocem nummus .

De Solido.

Solidus monetæ genus est , quem æreum inueniri , non legi , quanuis alij triplicem solidum faciat , æreum , aureum , argenteum . Erat aureus , vt const . 30 . § . curatorum . Vbi sic in volumine Græco legitur . πεντήκοντα νομισμάτων χρυσοῦ , id est , quinquaginta solidi aurei . Quorum septuaginta duo auri libram olim conslabant Imperatoris Alexandriedito , vt . l . quotiescunque . Cod . de suscepto , & arca . Quotiescunque (ait) certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur , aut auri massa transmittitur , septuaginta duos solidos libra feratur accepta . Quanvis voces illas septuaginta duo , quæ in hac lege insunt ,

De Monetis antiquis.

mēdosas esse aliqui opinātur, & duo de quin
quaginta, aut quinquaginta legēdum putent.
Et cum libra auri secundum nostra tēpora ap-
pensa duodecim vnciarum sit, vt apud Roma-
nos erat in usu, & centum & octo ducatos va-
leat (cum ducatus vndecim regalibus nostris
stet, qualibet nanque vncia auri nouē ducatis
apud Hispanos stat) solidus aureus sedecim re-
galibus, teruncis deceim & septem constabit:
Vide Bartolum, & Bald. in l. vltima. C. com-
munia delegatis, & Salic. in l. illud. C. de sacro
sanct. eccl. Iurisconsulti solidos duarū drach-
marum argenti faciunt, duos regales nostros
& totidem teruncios valentes. Vide Alex. in
l. vltima. ff. de ius vocando.

Si autem ex libra auti quadraginta octo so-
lidi seu nummi aurei cudantur, quemadmodū
Pli. li. 33 olim fiebat, vt patet apud Plinium, (Quanuis
c. 3. ibi corruptè legitur. X L V. M. Pro. X L
V I I I. putauit librarius, tres illas lineas II f.
esse M.) Quilibet solidus erit duorum nostro-
rum ducatorum, regales viginti quinque fe-
re conficientium. & tunc duarum drachma-
rum erit qui in prisorum, legibus quādo Ro-
manum imperium florebat, sunt intelligen-
di. Hoc solidi pretium, si libra auri olim, vt
nunc æstimabatur: sicque primi solidi pretiū
in

in Alexandri legibus & tempore intelligitur: si lex non corruptè legitur. Præterea si libra Romana argenti, valoris nostræ libræ erat (nam quælibet vnicia argenti octo regales hōstros cum totidem teruncij valet) & si libra argenti quinos solidos valebat. Vt. l. vnicia, C. de argenti pretio) quilibet solidus argenti decem & nouem est regalium Hispanorum, & terunciorum viginti nouem: & hi secundum hāc rationem, in legibus & tempore Imperatoris Constantini, qui nonaginta quinq; annis post Alexandrum fuit, sunt intelligendi, vt ibi. l. Quicunque fugitium. Cod. de seruis fugi. Horum solidorum pretium usque ad imperatorem Iustinianum, qui ducētis & decem annis post Constantimum fuit, est intelligendum, vt ibi. l. Alcarum usus. Cod. de religiosis & sumptibus funerum. Vbi Imperator non permittit, ultra unum solidum ludere. Et cum nesciamus auri vel argenti libra, quanti illis temporibus taxaretur, ad nostri auri vel argenti valorem pecuniariū pretium aestimamus, cui dicta auri & argēti summa respondeat, & inde colligetur. Ex his à nobis allatis constat, ab Alexandri Imperatoris tempore ad Constantinum solidorum pretium esse auctum.

Illud

De Monetis antiquis.

Illud insuper est aduertentum , solidum aureum , nummum aureum , idem esse. Iustinianus nanque . § . vltimo , de poena temere litigantium , in institu . solidos quinquaginta vocat , quos aureos nominat lex . Si Libertus , & l . in eum . ff . de in jus vocando . Item in . l . omnibus . Cod . de sportulis & sumptibus . Imperator Iustinianus solidos , & aureos vocat , vsque ad sex solidorum summam (ait) sin autem alij : vsque ad tres tantummodo aureos . Solidum vnius drachinæ pondere fuisse quorum nonnaginta sex libram auri implerent , quilibetque uno ducato Hispano staret , idest , undecim regalibus Hispanis , aliqui scripserunt . quem in Esdra , & Paralipomeno intelligi , volunt : Hoc potissimum argumento ducti , quod hebraicè Adar cōn legatur : pro qua voce solidus transfertur . Et sic octo vinciam conficiunt . Et si libra est argenti , unus solidus , vnum regalem nostrum simplum cum teruncio valet , male Vatablus loco citato putauit , solidum esse argenti . Imperatores Arcadius & Honorius . l . vnica . Cod . de collatione æris , iusserunt , pro viginti libris æris , vnum auri solidum à posseitore reddi , & cum ignoramus

Esdri. li. i

c. 8.

Parali-

po. li. i.

c. 9.

remus illo tempore quanti æris libra æsti-
maretur, solidi valorein nescire necesse est,
in Hispania enim hodie pluris duobus rega-
libus comparatur.

Erant solidi principum vultibus signa-
ti . vt . 1 . solidos & . 1 . vniuersos . Cod.
de veteris numismatis potestate . Solidos.
(inquit) veterum principium veneratione
formatos. Quod multo ante factitatum es-
se comperimus, nam priscorum numismata
imperatorum, & consulium, icones impres-
sa habebant, vt in eorum pecunijs ab eis ex-
cussis videmus. In Euangelio enim Deus no-
ster percontatur cuius est imago hæc, He-
bræi respondent, Cæsar. Multi assuerant,
solidum viginti si liquarum pondus comple-
eti, qui si erat æreus, regalem nostrum &
quatuordecim teruncios valebat, si auri vi-
ginti regales comprehendit.

De AEre.

AES, æris, idē est qđ as, quādogenitus mo-
netax est, quatuor teruncios constat. Hisp.
quattro marauedis . De quo, Liuius &
alij

De Monetis antiquis.

Plutar. alij inēmīnerunt. Plutarchus scribit, Camillo
in vita. à populo pœnam quindecim millium assium
Camilli. in dictam. Quam summā Liuius quindecim
millibus grauis æris cōstare, tradit. Et sic decē
denariorum implēt. Lex duodecim tabularum
apud Aulum Gelium, si iniuriā alteri faxit,
vigintiquinq; æris pœna sunto. Postea sub-
Gel. lib. dit Gellius, quis enim erit tā inops, quē ab ini-
20. c. I. iuria facienda viginti quinque asses deterreāt?
Et lege Phania festis diebus centenos tantum
æris consumere licebat, Calendis tricenos, die-
bus priuatis denos.

De Argenteo.

Argenteus idem est quod sclus, vt Regū
lib. 2. c. 18. patet: Dediſſem (inquit) decē
argēti sclus. Deinde ait Ioab: Si appenderes
in manibus meis mille argenteos: quatuor re-
galibus nostris & teruncis totidem cōſtant.

Matth. Vnde proditor Iudas, apud Matthæum tri-
c. 27. ginta argenteos accepit, qui faciūt regales no-
Gē. c. 37. ſtros centum vigintitres & diuidium. Sic Io-
Iose. li. 2 sephus a fratribus suis viginti argenteis Isinæ
c. 3. anti litis fuit vēditus. Quāuis Iosephus viginti mi-
qui. Iu- nārum pretio venditum esse asseuerat. Vbi
dai. ſeu Calcographi, ſeu interpretis vitiū eſt. Hū
Gē. c. 20. ias numismatis frequens mētio eſt in librīſ fa-
cris,

cris, vt ibi, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo.

De Minuto.

Minutū est semiteruncius. Hisp. vna blā
ca Minuta namq; duo terunciū, seu qua-
drantem consiciunt. Vnde patet sensus apud **Mar. c.**
Diuū Marcū de vidua loquentem. Misit duo **12.**
minuta, quod est quadrans. Et illuc Luce, Do. **Lucas.c.**
nec etiam noaissimū minutū reddas, λεπτὸν **12.**
Græcè dicitur.

De Dupondio.

Dupondius, & dupondium dici, testis est
Marcus Varro lib. 8. de lingua latina, di-
stum eodem teste lib. 4. à duobus pōderibus,
& lib. 8. duos asses pendere scribit. Et ibidein
genius pecuniae esse assuerat ex nostra pecu-
nia octo teruncios faciens. Hisp. ocho maraue-
dis. Nam (vt idem infrà tradit) dupondius &
semis idem est quod antiquus festerius. Ego
autem præter hunc autorem, & Plinium lib.
33. c. 3. memini legisse apud Ciceronem in ora-
tione pro Quintio, sic aliqui legunt, si dipon-
dius tuus ageretur . quem locum corruptum
alij sentiunt. Ego audiui doctissimos viros du-
pondium pro teruncio usurpare, sed in quan-
to errore versentur, tu oculat? testis esse potes

De

De Monetis Græcis quibus

Latini vtuntur.

De Talento.

Multiplex fuisse, et diuersi ponderis & cognominis, codices antiquos euoluens tibus manifestum est. Verum duo erat magis in usu magnū, & paruum.

Talentum magnum octoginta minas Atticas continet, Mina autem centum drachmas, & libras Romanas octoginta tres, & quatuor uncias, quod argenti pondus faciebat ex regalibus nostris Hispanis. 8240.

Talentum paruum in nisi sexaginta constabat, Romanis, libris sexaginta duabus cum semisse, ex Hispani, regalibus. 6180.

Talentum Rhodium. 4500. Denariū erat, ex nostris regalibus. 5294. conficiunt.

Talentum Alexadrinum. 12000. denarios habebat, ex regalibus nostri. 14117. quoniam denarius quadraginta teruncios facit. Hisp. Quarenta maravedis.

Talentum Neapolitanum idem quod Talentum paruum valebat.

Talentum Syracusanum trium million de niorum erat.

Talen-

Talentum Babylonicum septem millium.

Talentum Euboicum decem millium.

Talentum Hebræum erat duplex, alterū centum minis stans, vt Iosephus. li. 7. c. 10. & hæ minæ erant Hebrææ, quarū quælibet triginta vincias amplectebatur, & singulae vinciæ octo drachmas. & drachma. 13*ij.* teruncios, regales nostros faciens. 24700. Alterum autem quadraginta minas habebat ex regalibus nostris faciens. 1235.

Vnde illa quinque talenta Euangelica, ibi, Domine quinque talenta tradidisti mihi, quāuis sint ex minori Hebræo, faciunt ex nostra moneta 561. ducatos, & regales quatuor, si autē velis, obijcere, talentū ibi esse genus quodam numis in auro, quo Hebræi uteretur. Budæ. li. tur, idem quod Siclus valens teste Budæo. 4. Hisp. un doblon de a quatro. Parua erat ista summa, qua seruus ille negotiaretur. Erat Talentu æreū de quo Exodi. c. 38. Hisp. un quin tal. vox ab Hebræis usurpata קְנָה. i. cicār hinc vox Hispana, quintal, prodijt.

De Siliqua.

Arbor est, quam Hisp. algarrouo vocant, cuius fructus algarroba appellatur.

D Intus

De Monetis græcis

Intus seme[n] habens etiam Siliqua dicta. Græcæ negatiōv. Omnia[m] ponderum minimum. Quando est nūmūs æreus, duos terūcios quātā parte cornati dempta: quatuor tritici grana pendēs, charactus etiam vocatur. Quarum decem & octo drachmam constituunt: si est moneta aurea, valet viginti octo terūcios, de quibus inteligit Imperator Iustinianus const. 32 cum edicit: ex singulis solidis, non amplius quā singulas siliquas in usurām à creditoribus quotānis exigi debere. Lege Alciatū in l. frugum. ff. de verb. signific. Hoc ponderis genus Græce negatiōv vocatur cuius nota est Georg. Agri. telle, lib. 5. de pon. in fine. Rx.

De Obolo.

Bolus ex pecunijs nostratibus sex teruncios & semissem cūnī dimidio cornato efficit: quoniam oboli sex drachmā faciunt: hoc pretium habet quando drachma est denarij valoris. Quādo autem est triginta quinque terunciorum, obolus valet quinque teruncios & semissem, cum cornato, & tertia parte cor-
Terē. in nati. Hoc erat Simonis Ferentiani coenæ pre-
Aud. ac. tium. Olera & pisciculos mīnutos ferre obo-
3. Sc. 2. lo, ita coenā seni. Et obolus nō est vltima num-
morū significatio, vt ibi vult Donatus, apud
Græcos

Græcos omnium p̄onderum minimū est , de quo sic Phanius . Nam nihil est obolove mi-
nas, maius ve talēto. Siliquas tres habet, apud

Græcos sex calcis constat:Suida sic tradente.

Ἐβολὸς δέ παρὰ ἀθῆναι αἴγοισ, ἐξ ἑγένετον καλκῶν . Vnde Plin.lib.
apud Plinium inēdum inesse manifestum est, 21.c.ulti.
cūm scribat obolum chalcos deceim habere.
Signatur linea obliqua ac duobus punctis
sic. ↗.

De Chalco:

Chalcus teruncium valet, quoniam sex
obolum faciūt, vt ex Suida probauimus,
hic æreolum ab aliquibus dictus, quem Græ-
ci in septem lepta seu minutias diuidunt, vt
docet Suidas. Notatur sic. X. vt tradit Agri.
lib.5. De ponderibus.

De Scrupulo.

SCrupulum seu scrupulus cūm sit argenti,
quoniam tres drachmam conficiūt, ex no-
stris pecunijs vndecim teruncios & semissim
cum dimidio cornato valet, quod & aureum
erat , vt patet apud Valerium Maximum: Vale.lib.
Eadem gens (inquit) nullam ante scrupulum 4.cap.de
auri habet . Cuius pretium ex nostra moneta pauper
E 2 . quatuor tate

De Monetis græcis

Cic. li. 4. quatuor regales & viginti quatuor teruncios
ep. 16. *ad* facit. Ex Cicerone scrupulū argēteum suis-
Atti. se constat, nec argenti scrupulum esse ullū
ait. *Martialis*, Ergo nec argenti sex scrupula.
Pondere sex siliquarum constat. l. Perpensa.
Cod. De Metallarijs & metallis. A Metalla-
rijs metallum conducedibus octoni scrupuli
exigebantur. Idem esse quod obolus assuerita
re, delirium est. Scrupulus respectu denarij tre-
decim terunciorum erat cum cornato, quoniam
Pli. li. 33 tres denarium faciebant, Ex Plinio, si locus
c. 3. mendo vacat, sestertijs vicenis scrupulum au-
ri valere scimus, hoc est ducentis teruncij.

De Drachina:

Pli. lib.
21. c. 41st i. **D**RACHMAM Atticam sex obolis cōstare,
denarijque argenti pondus habere, do-
cet Plinius, & tunc quadraginta teruncios va-
lebit: sed drachma, communior, denario, se-
ptima parte minor est, quoniam septem dena-
rij octo drachmas faciunt. & tunc. 36. fere terū-
cios valet. Tribus scrupulis constat. Erat &
auri, ut Nehemiæ. c. 7. Dederunt in thesaurū
operis auri drachmas viginti millia. Et tūc va-
let coronā nostrā Hispanā antiquā. Diez rea-
les y diez marauedis. Signatur labda Græco
oblique

oblique scripto & . autore Georgio Agri. li.
5.de ponde.

De Tetradrachmo.

HAnc vocem in Epistolis Familiaribus le
ges. Autore Liuio tres denarios valebat: cū quatuor drachmas significet. Illi enim de
narij, de quibus hic Liuius, quatuor scrupulos
obtinebat, qui & Tetricini nuncupabantur.
Verū denarius frequentiori vsu tres scrupu
los habuit. Tetradrachmū igitur quatuor re
gales & quatuor teruncios valet Hisp. vn real
de aquatro, y quattro maravedis.

De Didrachmo.

DVos regales & totidem teruncios valet, Math.c.
De quo in Euagelio, Nunquid magister
vester soluit didrachmum? Id erat tributum
quod imperatori Romano soluebatur.

De Statere.

IDem est quod tetradrachmum, nam Mat
thæi.c.17. slater in piscis ore inuentus, pro
domino ac seruatore nostro , & Petro da
tus fuit, & tributū quod imperatori Romano

D 3 daba-

dabatur, erant duæ drachmæ, id est, duò regales nostri & totidem teruncij, que in argenteū fuisse, ex Hieremia manifestum est dicente,
Hiere.c. 32. Appendi ei argentum, septem statères, & decem argenteos. Quod sic cōnectes, Appendi argentum, statères argenteos septem & decem.

De Siclo.

Siclus erat aureus quadraginta & sex regales nostros pendens. Erat etiam argenteus, quatuor regales & totidē teruncios ex nostra pecunia cōtinēs. Hinc Diuus Hiero.c.3. Ezech. siclus autem i. stater, habet drachmas quatuor. Genes eos. cap. 23. legimus, sepulchrum Saræ marito Abrahamo quadringentis siclis argenteis stetisse. Et lib. i. Regum. c. 9. Ecce inventa est in manu mea quarta pars sicli argenti. quam dabò viro Dei, vt annuntiet nobis viam nostram. In sacro eloquio argenteus, idem est quod siclus. Vt lib. 2. Regum. cap. 18 si appenderes in manibus meis mille argenteos. Quod Iosephus per siclos explanat, inquiens: Nec si mille siclos ei promitteret. Illud nanque libros sacros euoluenti in promptu esse debet ubi editio vulgata habet argenteum, Hebraicæ siclū legi. Siclus viginti obolos

Iose. li. 7
c. 10.

los habet secundum Moysen. erat genus pon Moses
deris quatuor drachmis aut semuncia con - Exo.c.30
stans, vt Iosephus scribit, cuius verba sunt in Iosep. li.
Græco. ὁ δὲ σικλος νόμισμα ἐβγάλων ὠνάττικασ 3.c.12.an
δέχεται δραχμάς τέσσαρα. Cui Diuus Hiero- ti.Jud:et
nymus suffragatur, vt docuimus docens, in Codic
idem esse quod stater. Vnde lorica Goliathi cæt Græc
quæ quinq; mille siclos habebat, libras cētum co.cap. 9
quinquaginta sex, & vnciā vnā pendebat. Dū D.Hier.
libra sit Castellana ex decem & sex vncijs, & c.3.super
siclus sit quatuor drachmarum. Et ferrum ha- Ezechi.
stæ eius quod sexcentos siclos habebat, libras Lib.i.c.
Castellanas nostras. 18. & vncias tres. Tota 17. Reg.
vox Hæbreæ est (D. Hieronymo teste) ^{לָרְבָּעִים} i. Lib. He-
secel aut schekel nominatur, Latine sclus, q braicarū
& duas drachmas pendebat. Et tunc sicilicus traditio-
dicitur: solum sanctuarij vnius vnciæ alij con nū in Ge
stituunt, qui octo regales nostros & totidem nesim.
teruncios continet, quod tum Iosepho lib. 14.
cap. 18. minam Hæbræa duas libras & semi-
sem complecti, tradenti, tum Ezechieli. c. 45. c
sexaginta siclos minam constituere, docenti,
repugnat, quod de sclus semuncialibus debet
intelligi. 60. nanque semunciae, vncias. 30. con
ficiunt, & hæ minam, nam duæ libræ & semis
30. vncias habent.

De Mina.

Pli. lib. Rachimas Atticas centum, teste Plinio cō
tinet, quarum centum, Talentum confice
21.c.uli. re scribit Iosephus. Erat etiā monetæ genus va
Iose. lib. lens ex nostris nummis centum & tres regales,
3.c.10.an aut decem coronas, dum drachma sit triginta
ti. Iud. quinque terunciorum. Minam Hebræam, dua
bus libris & semisse, id est triginta vnijs con-
Iose. lib. stare, tradit Iosephus. Et sexaginta sicli faciunt
14.c.13. minam apud Hebræos ex Ezechiele. Mina
Iud. anti. Attica quatuor drachmis minam Romanam
Ezech. superat, Agricola autore, Geneseos cap. 33.
c.45. apud septuaginta minam pro nummo, & num
mum pro mina positum videbis ut apud Iosephum, lib. 2. cap. 3. ait nanque. Ioseph Ismae
litis viginti minis venditum, quod summū pre
tiū erat & exuberās notabatur, sic. [¶] m. Grēco
&.n. Item grēco supra scripto. [¶]

De Cistophoro.

I Dem est quod Talentum Rhodium 4000
Cælius. I denarios valens, teste Cœlio: sed nactus est
i.10.c.2. Codicem mendosum nā in Festo debet aliter
Cic.li. 2. legi, quoniam Cistophorus octonis assibus
p. 6. ad stat, teruncios 32. valens. Cuius meminit Ci-
atti. cero ibi. An Cistophoro Pompeiano iacca-
mus,

mus, & idem. Num etiam de Cistophoro du^{bitant?} Item lib. ii. ep. i. & pro domo sua, & 2. ep. 16. cius crebra mentio apud Liuium.

Liui. li.

4. bel. Ma
ced.

De Sicilico.

Sicilicus est semunciae dimidiū: siue duæ dra
chmæ. Volusius Mætianus Iuris consultus
peritissimus, Antonini philosophi magi
ster, vt Iulius Capitolius scribit, Vnciam in
quatuor sicilios partitur, & semuncia in duos,
& cùm hæc quatuor drachinis cōstet, si Sitili
cum duas drachmas habere patet. inde Pompe
pius Festus præcipit sicilicum dictum, quod lib. 17.
semunciam fecet. Itē Fanius, drachmam si ge Fanius
mines, aderit, quē dicier, audis, sicilicus. Cuius apud Prif
mentio est. l. liberto suo. §. Quidā. ff. de annuis cia. li. de
legat. Vbiait, semunciam & sicilicum, genus ponde. ex
ponderis est non monetæ.

mensu.

De Pholle.

PHollis tradente Suida idem est quod obo Cælius. li
lus, cui Cælius Rhodo suffragatur. Cuius 10. c. 2. et
numismatis mentio est Cod. Theodosiano, li. 25. c. 27.
lib. 14. titu. 24. l. 1. Vicenis (inquit) phollibus
per officium distrahantur. & infra. Prædictis
phollibus emptam. Sed ibi perperam scri
bitur follis, perf. cum recta orthographia

D 5 sit cum

De Coloribus
sit cum Ph. Græcè nanque apud Suidam sic
scribitur. φόλλις.

De Coloribus.

PArva sunt quæ à nobis in hoc opusculo tra-
dentur sed nimirum altissimam eruditio-
nem, variamq; lectionem requirunt: quanvis
quæ colorū sit natura, quo modo ex quatuor
qualitatum mistione conflentur quæ varia-
tis causa docere, non sit in præsentia animus:
philosophis discutienda relinquemus: dunta
xat de eorum significationibus tractabimus.
Quæ Latini sermonis propriam significacio-
nem & elegantiam requirentibus, autoresq;
intelligere volētibus, fore non inutilia spero,
Noster autem labor quantum emolumēti sit
allaturus, vel hinc vnuſquisq; facillimē colli-
gere poterit: Nam quotuſquisq; est, quem si
percōteris, quæ vox Latina est, qua el color
pardo, o colorado, o canelado, castaño, rucio,
alazan, o vayo, explicare possit, etiam cū au-
tores euoluerit, vera vocabula doceat? Item si
interroges ruber, rubidus, rufus puniceus, pur-
pureus, Phoeniceus, rutilus, quas coloris rubri
differentias, & varietates amplectantur: quis
erit, vel mediocriter eruditus, qui post multā
lectionem tibi satisfaciat? Hæc vobis, o lecto-

*Plures l. agnoscet. Ceteri. i. in signis
vñſi. Et hoc intellectu. Se in signis. Fan. 23*

res humanissimi, breuissimis his pagellis tradi-
mus, quibus feliciter vtamini. Nunc autem
colorum appellationes, & significations tra-
dere conabimur, quanquam Phauorinus phi. *Aulus*
losophus apud Aulū Gellium dicat, plura es. *Gel.li.2.*
se in sensu oculorū, quam in verbis, vocibutq; c.26.
colorum disci imina. Quorum species à Theo *Theo.li.*
phrasto & Aristotele septem assignātur. Nos 6.
autem quatuor colorum genera, ad quæ cæ- *Platarū.*
teros reducemos, assignabimus, Pythagoreos c.4.
philosophos maxime sequētes: album, nigrū, *Arist.li.*
rubrū, luteum, vt Plutarchus scripsit. de sensu,
* Albus, Hisp. blāco, ex nullius rei admistio ac sen fili.
ne sit, simplex color est, quin potius multi ex *Plutar.li.*
cius & nigri mistura fiunt teste Aristotele: & i.c.15.de
si lib.10. Meth. physicae: colores omnes ex al philoso.
bo fieri videri aſſeuueret. Huius coloris syno- placi.
nima sunt, candidus, canus, olorinus ab olore *Arist.li.*
pro cygno, & Melimum, Pli. lib.35.ca.6.me- de sensu
lium candidum & ipsum est, optimū in Me- er sensi
loinula. Pallidi vel splendoris mistione diffe li.c.3 er
runt, nam candidus nitenti luce persusus est, 4.er li.1
vt nix, albus autē pallori est vicinus. Vt Ser- Meteo.
uius lib. 3. Georg. ibi, color deterius albis c.5.
& gilio.

Ruber est omne quod rubet, Hisp. lo colo-
rado, verum aliter rubet ignis, sanguis, ostrū

aliām
k. *Album nahtus sacer originum madura* C. per Oren
sunt colores nec alijs nahtus q. v. L. siculana 69.
alijs 70. 3. de minoribz ff delegatij. 3.

De Coloribus

aliam rubri varietatem ostendit, *Crocus* & *aurum* aliam: quos omnes colores una ruboris appellatione significamus. Sed ex ipsis rebus colorum vocabula mutuamur, ut rubor igneus, siue flāmeus, sanguineus, crōceus, ostrinus, aureus, rufus, idem est cum rubro. Color rubeus ex candidi ac ignei commixtione fieri Aristoteles scripsit. Cæterum nos colorē rubē in septē species diuisim⁹, quibus & si nō oēs ruboris varietates, at maiorem partē amplectimur, & sunt: *Fuluus*, *Flauus*, *Rubidus*, *Phœniceus*, *Rutilus*, *Luteus*, *spadix*, oēs isti sub Rubri seu Rusi appellatione sunt: aut acutētes eum, & quasi incendentes, aut cum colore viridi miscētes, aut nigro infuscantes aut virēti sensim albo illuminantes, sic *Fronto* apud *Gellium*.

Fuluus. Auri rubore præ se fert. Hisp. *Roxo*, Inde fuluum aurum appellamus, vt *Ouidius*. Et æs fuluum dixit idem. *Fuluus* est etiā Hisp. *leonado*, y canelado. Sic *Leonē* *Fuluū* appellauit *Vergilius*. *Aulus Gellius* loco citato, ex viridi & rufo mixtum videri ait: & in alijs plus viridis, & in alijs plus rufi habere. In equis el color alazan.

Flauus. Hisp. *Roxo claro*. *Aulus Gellius* ex rubro, viridi, & albo concretū esse docet. Pla-

to

Aristo.

lib. 4.

Meteo.

Gell. lib.

2.c.26.

Oui. lib.

1. Ide. li

2. Mete

2. Roxo.

Virg. li.

2. Aeneas.

to vero in Timæo, splendidū albumq; rubro
mistiū, flauū procreare ait. Hūc mediū esse in
ter Puniceum & viridē scribit Aristoteles &
Græcè ξαρθός. vocatur eodem teste ibidem.

Rubidus. Hisp. colorado. Id est, rufus co- Arist. li.
lor nigredine mixtus, idem est Roseus, & rubi 3. Meteo
cundus. Est & color, quem Hisp. encarnado c. 2.
dicimus.

Phœniceus. Qui & Puniceus Hisp. color de
grana. A Phœnicibus hūc colorē in lanis pro-
bere reddētibus dictus. Lucreti⁹, purpura Phœ
niceusque color clarissimus omnis. Coccinus
idē est, & Coccineus, à Cocco id est, pro gra-
no quo lanæ colore rubro inficiunt. Hic &
purpureus vocatur. Idē est ostrinus ab ostro,
idest, pisce unde purpura fit. Dicitur & por-
phyriacus, seu Porphyrus à Græco πορφύρα.
quod est purpura. Hic color ex rubro, albo,
nigroque generatur Platone autore, secundū
autem Aristotele⁹ ex igneo & candido ani-
mā purpureā pro sanguine Vergilius dixit. Iuue. sa-

Sarranus. Idem est quod purpureus, Iu- ty. 10.
uenalis, Sarrana ferentem ex humeris aulæa Verg. li.
togæ. Ver. & Sarrano dormiat ostro. à Sarra, 2. Geor.
sic olim teste Gellio, Tyros vocabatur, vbi Geor. li.
tingebatur purpura. Inde & hic color Tyrus 14.c. 6.
dictus.

Luteus.

De Coloribus.

Luteus: Hisp. amarillo. Pallorem luteum

Horatius nominauit. Et pro vitello, ou i luteū

Pli.li.10 Plinius dixit, sic: in ouo certa est gutta, ea sa-
c.53. lit, palpitatq; ipsum animal ex albo liquore

cōparatur, cibus eius in lateo est. Aulus Gel-
lius scribit esse colorē rufum dilucidiorem.

Ou.li.5. Rutilus. Hisp. Ruuio, cruorē rutillū voca-

Metā. uit Ouidius. Et capillos rutilos dicimus, eo-

Ouid.li. dem teste.

2.Meta. Spadix. Castaño claro, splendorem rubo-

ris significat, quales fructus palmatum sunt
nondum sole incocti, quem colorem in equis

Vergilius cōmendat, quāquam Fronto apud

Ouid.li. Aulum Gellium synonimum Phœnit ei co-

3.geor. loris, ait esse. Hactenus Rubri species.

Niger, Negro, idē est ater, sed hoc magis
quid horrendum, triste, ac vītu iniucundum
habet, vnde pro luctuosus capitur.

Fuscus. Hisp. Hosco, ex albi & nigri confu-
sione fit, vt ait Plato, dum maior pars sit ni-
gri, in equis est color, morzillo.

Pallidus. Ex albi & nigri confusione ge-
neratur. Hisp. blanquezino, en las mulas, el
color plateado, asinorum color est.

Luridus. Color acardenalado. Est enim su-
pra modum pallidus.

Plumbeus. Color de plomo.

Buxeus

Buxeus. Est buxi arboris colorem reddēs, luteus est color multo candido missus. Hisp. color de box, amarillo claro. Martialis maxi- Mar. li. minæ dentes buxeos esse dixit. Cuius coloris 2. meminit Plin. tum lib. 12. cap. 7. tum lib. 22. cap. 9.

Giluus, pardo, ex albo & nigro, dū maior pars sit albi : idem Buxeus est, Inquis, el color vayo. Ut Vergilius, color deterrimus Veog.li. albis & giluo. 3. Georg.

Ferrugineus. Ferricolorem refert, ad coeruleum tendens: inde idem est quod nubilum, triste, lugubre.

Cœruleus. Hisp. Verdinegro o azul, splendidum, albo adiunctum, ac multus nigror hūc creant. Thalasicus & Thalasinus, etiam ditus, & venetus. Cic. Oculos Mineruæ coelios Cic.lib. 1. esse, cœruleos Neptuni scribit. de Natu.

Pullus. Hisp. Burielado, o pardo escuro, niger purpureo missus. Inde toga, & tunica pulla apud Ciceronē, & pullatus, el enlutado. hic Cicer. in color ab aliquibus et Bæticus dicitur ac Hispa uaticinus, quoniam hoc colore maximie gaudeant, Cr. 6. in Marti.lib. 1. Bæticatus atq; leucophæatus. Verrea.

Anthracinus. Color de carbō ab ἄνθραξ, carbo, inde Anthracinus colorem carbo- nis referens.

Glaucus.

Glaucus. Hisp. garzo, o zarco, coeruleus albo coniunctus, hunc colorem gignit, ex Græco prodijt, illis γλαυκόσ, nobis cœsius est, sed. vt Aulus Gelius tradit, vñstatius est Græcum vocabulum. In equis, et color Rucio. Oculos Cœsios antiqui vituperabant, foedosq; voca. Cic. in bāt, vt Salusti⁹ de Catilinę oculis: vnde de eis Catil. Cicero, notat, & designat oculis ad cœdem vnuique nostrum.

Viridis, verde, fuluuus color nigro mixtus virideim colorem facit.

Vitru. Coracinus. Ακόραξ, ακέσ; coruus, corvinus. li.8. c.3. color. Hisp. negro atezado, legi apud Vitruvium.

Terē. in Mustelinus, pellis mustellæ colorem referrens. Hisp. Pardo escuro. Terent. colore inustellino.

Mart. lib. 10. Praesinus. Hisp. color de puerro, à Græco πράσινος desluxit, pro porrum. Est cuim color viridis ad porri coloris similitudinem. Martialis, d' nostra est Praesina synthesis empta toga.

Tranqui. vt leges apud. Trāquillum in Domitiano, qui in. Domi prasino colore induebatur.

ti. c. 7. Iānthinus, ab. ἵπη, viola & ἄνθος flos. Color Pli. lib. violaceus. Et quia violarum multa sunt gene- 21. c. 16. ra Plinio & Dioscoride testibus, purpureæ, luteæ.

luteæ, & albæ. Colorem illum significat, quē Dioscorides & purpureæ referunt. Hisp. Morado, Martialis, 3.c.12.9. coccina formosæ donas, & Ianthina moeche. Dioscorides luteum habentem colorē in medicinæ usu probat. $\mu\eta\lambda\pi\omega\gamma$, enim luteum significat.

Rauus, Color est cæsius, nigro mixtus. Hisp. Pardillo negro. Vnde Horatius, Lupam rauam dixit, & oculi raui à Varrone. Qui cæsius cum sint, maxime colore nigro miscentur. Hisp. garço escuro.

Venetus. Est idem quod cæruleus. Hisp. azul o verdinegro. Marineis fluctibus quam simillimus, dicitur Thalassicus, & ferrugineus (vt aliqui prodūt) à maris & ferri colore. Quædam Romanorum factio hunc colorem vestiebat. Vnde Martialis, Si veneto prasinove faues, qui coccina sumis, Ne fias ista transfuga veste vide

Cyaneus. Idem est quod cæruleus, idest, cyani gemmæ colorem reddens. Hisp. Turquesado. Aurelius Cassiodorus, ut modove neta, modo blattea, modo prasina, modo pos sit, cyanæ reperiri.

Blatteus. Idest color purpureus. Hisp. Bermejo, roxo, à blatta, pro purpura. Cuius coloris meminit Aurelius Cassiodorus loco citato

E Ame-

Hora. li.

3. Car.

ode. 27.

Varr. li.

2.c. 2. de

re rust.

Mart. li.

14.

5.ep. 34.

Variarū,

**Sueton. in
Nerone. c. 32.** Amethystinus. Color est amethysti gemmæ colorem referens. Hisp. Colorado escuro. Suetonius, & cum interdixisset viuum amethystini ac Tyrii coloris.

Tyrius. Idem est quod purpureus. Hisp. color de grana. Ut in testimonio supra citato. Quoniam laudatissima purpura in Insula Tyro conficiebatur.

Aquilus, color est non omnino niger, sed multa albi mistione confusus & temperatus. Hisp. aguileño, o hosco claro, Festus Pompeius. Ac. 5. ius ab aqua deduci scribit, & ab hoc aquila. Plau. sc. 2. statura haud magnacorpore aquilo. Suetonius. in Aug. de Augusti Cæsaris colore, Colorē (in c. 79. inquit) inter aquilum candidumq; fine.

Leucophæus, est color albus fuscō mixtus, Pli. 32 c. nā λευκός albus est, & φαιός, fuscus. Hisp. par dillo, o pardo, ceniziento. inde Plin. pannum Vitru. li. leucophæum, nominat, & Vitruvius, pecora 8. c. 3. leucophæa.

De Calendis.

Arist. li. Tempus (Aristotele teste) est numerus motus primi orbis, Hoc tempus in sæcula dividitur, licet non constet ex partibus positionem habentibus in continuo secundum cunctum autorem: Tamē habet quēdam ordinē par-

*Calendula hæc una quæstæc vñræ
vñl. Rayet. Can. vi. cap. t. 2. fol. 521.*

tiū: eo quōd aliquid sit prius, aliquid posterius.

Quodlibet item sēculum in centum annorum spatiū partimur. Annū in duodecim menses. Mēsium quidam habēt triginta dies, quidam vero triginta vñū, unus autem viginti octo, aut viginti nouem diebus cōstat. Quod his versiculis qui vulgo circumseruntur facile intelligitur.

Iunius, Aprilis, September, siue November.

Triginta luges, reliquis tamen una supersit.

Viginti & octo Februarius accipit ortus.

Si bissexus erit, tunc unus iungitur illi.

Qui hoc significant: hos quatuor menses, Iunium, Aprilem, Septembre, Nouembre, singulos habere triginta dies, cæteros autem triginta unū, Februariū viginti octo, & cum annus fuerit bissexus, viginti nouem.

De Anno bisextili.

Vera anni magnitudo secundum Astronomos est tercentorū sexaginta quinq; die rū, & horarum ferè sex. Vulgus autem dies tantum supputat sex horis omissis, quæ intra quadriennū diem unū conficiunt: dies enim & nox viginti quatuor horarum spacio circumscribitur: Idcirco Plinius hæc monumē Pli. li. 18 tis suis mādauit: primum omnium dierū ipso c. 25.

De Calendis.

rum anni, solisque motus prope inexplicabilis ratio est, ad tercentos sexaginta quinq; adiuncti etiam innumere intercalarios, diei noctisque quadrantes. Ut igitur annus æqua lance progressiatur, temporumq; ratio facilius solis iterum cōgruat (vt idem Plinius docuit) in quolibet quadriennio vigesimo quarto, & vigesimo quinto Februarij, dies unus intercalatur: In quibus bis, sexto Calendas Martij numeramus. Inde dictus est bisextus, & annus bisextilis est, quando ille dies interponitur, & absuntur.

Iurisconsul. Propterea à Iurisconsulto traditur, cū bis sexto Calendas est nihil refert, vtrum priore sexto id esset actu, Calendas intercalares priores, aut posteriores dicebant, Cicero, cum ad Cice. li. sextum Calendas intercalares priores, rogatu 6.ep.14. fratribus tuorum venisse mane ad Cæsarem.

Cicer. Quoniam sexto Calendas vigesimo quarto, & vigesimo quinto die numerabant, vt intellegaret Ligarius, Ciceronē ad Cæsarem iussisse vigesimo quarto die, addidit priores. Quare illud est aduertendum Calendas intercalares pro diebus mensis Februarij accipi. Vnde illud Ciceronis sic est intelligendum, ante

28. Auct. primū dicitur secundū secundū. ut & quinque
Vixit. sed affig. in 2. L. cum C. Sex. Cæsare

Pli. li. 2.
c. 8.

Jurisconsultus.
in l. cū bi
sextū. an
quer. fig.

Cice. li.
6.ep.14.

Cicer.
P. Quin
tio.

quintum Calendas intercalares, id est vigesimo quarto die Februarij. Et illud eiusdem. Pridie Calendas intercalares. Iurisconsultus in lege citata sic tradit. nam id biduum pro uno die habetur, & posterior dies intercalatur non prior. *Macrobij lib. i. saturnalij c. viii. iij* *Ibidem.* *e' in l. 3.* *53 ff. ad*

De Annibisextilis cognitione.

ANnum bisextile sic inuenire poterimus: mille & quingentos annos ab humana salute omittit: ceteros autem in duas partes dividit: quae si paries, & aequales fuerint, ita ut ex earum numero in ambus partibus paria sacrificia manere possint, in illo anno erit bisextus. Sin autem paria ex quolibet numero non conficiantur, non erit bisextus: quoniam ex singulis partibus, hoc numero diuiso, paria fieri nequeunt. Anno vero sexagesimo octavo quia hic numerus diuisus in qualibet parte facit triginta quatuor annos, qui paria conficit, (facit namque decem & septem paria) erit bisextus. Et deinde singulis quatuor annis erit bisextus: ut anno septuagesimo secundo, septuagesimo sexto, et sic in ceteris quadriennijs.

De ratione mensium.

Romulus primus Romanorum rex siderum rationis expers, annum in decem solum menses distribuit, quod Ouidius his carminibus testatur.

F. Fasto. Tempora digereret cum conditor urbis, in annum.

Constituit menses quinque bis esse suos.

Quorum primus Martius erat, sic tradēte Solino.

Romani in initio annum deceim mensibus cōMacro. putabant, à Martio auspicātes, inde deo Marti. 10. c. Romuli genitori dicatus, vt Macrobius 12. Satur scribit, vnde illud Ouidij.

Ital. **Martis erat primus, Venerisque secundus:**

Ouid. lo Hic generis princeps, ipsius ille pater:

cocitato. Ab hoc numero verus ille numerus prodibat,

Quintilis, Sextilis, September, October, November, December. Quia erat mensis quintus, sextus, septimus, &c. Qui numerus nostris temporibus non recto numeri tramite procedit, quia Ianuarius primus est.

Secundus mensis apud antiquos erat Aprilis, quasi Aphriliis, idest spuma, quam Græci ἄφρον nominant, vnde Venerem Aeneā matrem ortā credunt. Aut nominatus fuit Aprilis, ab aperiendo, quoniam illo tempore arbores

res aperire se, & pullulare incipient. Sic Macrobius loco citato.

Tertius, Maius nominatus à maioribus cō filio Rēpub. tūentibūs: aut à Maia Mercurij matre, cui mercatores, illo mēse nauigare, ac negotiari, incipientes, sacrificabant.

Quartus Iunius, à iunioribus armis vrbe in Rōmā propugnantibūs: aut quod apud Latinos Iunonius ante erat vocitatus.

Quintus, Iulius vocatur, quintilis à numero antea appellatus, qui nunc septimus est. In honorem Iulij Cæsarī dictatoris hoc nomen inditum, quoniam die decimo huius mensis procreatus fuisset.

Sextus, erat sextilis, qui nunc Āugustus ab Augusto Cæsare Imperatore nominatur. Cæteri à numero, September, October, Nouember, December dicti. Numa vero Pompilius secundus Romanorū Rex mēsibus his Ianuariū & Februariū addidit, & ideo Quidius.

At Numa nec Ianum, nec auitas præterit umbras.

Mensibus antiquis præposuitque duos.
Ianuarius à Deo Iano nuncupatus: quoniam hic Deus biceps cum sit, videt quod ante & retro est: sic hic mensis præcedentis anni finē, & futuri principium intuetur.

Februarius autem Deo Februo Ditis patri

De Calendis.

dicatus fuit: qui lustrationib⁹ præcerat. Februa
re enim purgare est, eo nanque mense Roma-
ni ciuitatē lustrabāt, & iusta dijs manibus sol
Cic.li. 2. uebant. Hic mensis Cicerone teste, veteribus
de legib⁹ extremus anni fuit. Nos autem à Januario an-
ni exordium, quoniam nostræ salutis fuit ini-
tium, auspicamur.

De diuisione mensium.

Menses, ut nunc, quondam à Romanis in
tres partes diuidebantur, in Calendas,
Nonas & Idus. Hac potissimum de causa (vt
Plutar. Plutarchus scribit) quoniam Romani Lunam
proble. tres mutationes in mense facere, animaduerte-
23. bant, in coitu, in plenilunio, in luminis incre-
mento, & decremento. Propterea nunc ter-
gemitam, vt Vergilius, nunc triformen, vt Se-
necca, vocabant.

Calendæ idcirco primus dies mensium vo-
cabatur, quasi Calendas, à verbo cœlo, as, quo-
niam illo tempore cum sit maritata cum Sole,
seu in eius coitu occultatur, & nō apparet. Sic
Plutar. Plutarchus censet. Macrobius autem à verbo
proble. Græco καλέω. ḥ. quod est voco, Pontifex no-
23. ua Luna conspecta populum vocabat, quo-
que dies à Calēdis ad Nonas superessent, pro-
nuntiabat. Hinc Calendarium librum ratio-

num

num tractum, non omnium, sed earum, quae ad fœnus pertinebant, & in quo debitorū nomina inscriebantur. Calendis enim, id est, primo vniuscuiusque mensis die, pecuniæ dabantur fœnori, & cum usuris exigebantur, vt. l. Qui filium. De legatis. 3. cum quis (inquit) Calendarium præstari alicui voluit, vtrum ne nomina duntaxat debitorum præstari voluisse intelligendus sit, an vero etiam pecuniam si qua ab his exacta, eidem tamen Calendario destinata fuerit. Sic intelligenda lex illa. ff. de fundo instructo. Nepotis (ait) legauerat prædia quæ regione certa habuerat, vt instructa cū sunt vino, grano Calendario.

Nonæ, arum, à nouis, venit Plutarchus professore, cui Macrobius suffragatur: quoniam illo tempore noua Luna conspicitur, cuius primum aspectum Pontifex minor obseruabat, visamque regi Sacrificulo iunctiabant, sacrificiumque ambo celebrabant. Vel à nouem die Etæ, quod ab eo die, semper ad Idus, noueni dies computentur.

Idus, ab ἡδος, eos. oritur, idem est quod species, quoniam Idibus Luna speciosa videbatur, sic Plutarchus sensit: quem Macrobius loco citato sequitur. Vel ab iduando nominatur, quod Etrusca lingua diuidere est: Idibus nam

Plutar
proble.

23.

Macro.

li. 1. c. 5. Sa
turna.

De Calendis.

que mensis diuiditur.

Quatuor menses qui in hac dictione intel-
liguntur, Mar. Ma. Iul. Octo. habēt nonas se-
ptimo die mēsis, & Idus quinto decimo: qui
sunt Martius, Maius, Iulius October. Cæte-
ri nonas quinto: idus tredecimo. Reliqui dies
ab Idibus per Calendas mensis sequentis nu-
merātur.

De Calendarum vſu.

Mensum dies, aut vis eos scribere, aut scri-
ptos inuenis: si scribere volueris, ille
dies sit ne per nonas, Idus, aut Calendas nu-
merādus inspice: quod cum feceris, quot dies
maneant ab illo die ad Nonas, Idus & Calen-
das computa, & illos scribe, & sic voti cōpos
euades: vt à tres de Abril: iam hos dies in no-
nis Aprilis includi, pro comperto habes, qui
mensis cum quinto die nonas obtineant, sic
numera: tres, quatro, cinco, sunt tres dies, di-
ces tertio nonas Aprilis.

Vel sic idem latina computatione efficere
poteris incipiens à Calēdis, Nonis, & Idibus
quemadmodum computatio postnlauerit: vt
à diez de Abril, quoniā hi dies intra Idus con-
tinentur, incipiam hoc modo: Idibus Apri-
lis, a treze, pridie idus a doze, tertio idus a on-
ze,

ze, quattro Idus, a diez: & quoniam hic numerus latinus cōsentit cū numero à me quæsito, scribā quarto Idus Aprilis, a diez de Abril.

Similiter quando dies intercluditur intra Calendas, facies: vt a veynte y ocho de Abril: sic cōputabo: calendis Maij primero de Mayo, Pridie calendas a treynta (quoniā hic mensis hos dies cōprehēdit) tertio calendas a veynte y nueue, quarto calen. a veynte y ocho, & illū cundem scribes, quoniā numero tuo quadrat. Velsic eandem cōputationem conficeret revalebis, cū iam tibi sit exploratū intra idus, vel Nona, numerum tuorum dierum cōtinciri, vide a die tuo ad Idus, & Nona quot dies restent, & ipsis vnu adde, & quoduis efficies, hoc pacto a cinco de Mayo, iam intelligo, hos dies per Nona esse numerandos, & Maium Nona septimo die finire: sic considero, a quinto die ad septimum duo dies intersunt, his vnum addo, sunt tres dies, dicam tertio nonas Maij. Eodem etiam modo si volo, a veynte y seys de Mayo scribere, ab hoc numero usq; ad finē huius mensis, quinque dies sunt, quibus adiugo duos (quod efficiendū est quando intra calendas est numerus) & septē dies efficiuntur, tunc septimo Calēdas Junij scribo, & quod expetiui sum nactus.

Quando

De Calendis.

Quando autem dies scriptos scire libuerit, calculus ita fiet: illos dies qui fuerint scripti, si ante Nonas vel Idus fuerint ex Nonarum vel Iduum numero auferes, super quos vnum adde, & certum dierum numerum habebis. Ut inuenio scriptum: quinto nonas Martij, qui mensis nonas septimo die habet, vnde quinq; ademptis, duo restant, quibus vnum addo, & illud erit actum tertio die Maij. Idem in idibus facies. In calendis vero, numero extracto, duos dies adde: ut inuenio scriptum: decimo calendas Maij, a trigesimo die huius mensis, numerum ibi inuentum demo, & viginti unus dies manet, quibus duobus additis, erunt viginti tres dies Martij. Ad cuius rei exactior cognitionem hoc exemplum adhibuimus, Primum diem mensis in ablativo locauimus, dicentes calendis. Ceteros vero dies per nonas, usque ad diem nonarum, deinde per Idus, usque ad diem Iduum, reliquos vero dies per mensis sequentis calendas numerabimus sic.

Exemplum mensis triginta ynum diem habentis.

Calendis Iulij.
Sexto nonas aut postri-
die calen. Iulij

Primerο de Julio
Ados de Julio.
Quinto

<i>Quinto nonas.</i>	A tres.
<i>Quarto nonas.</i>	A quatro.
<i>Tertio nonas.</i>	A cinco.
<i>Pridie nonas (secundo nonas non dicitur)</i>	A seys.
<i>Nonis.</i>	A siete.
<i>Sequētes dies per Idus computabuntur, sic.</i>	
<i>Octauo Id^o aut postri- die nonas Iulij.</i>	A ocho de Julio.
<i>Septimo Idus</i>	a nueve.
<i>Sexto Idus</i>	a diez.
<i>Quinto Idus</i>	a onze.
<i>Quarto Idus</i>	a doze.
<i>Tertio Idus.</i>	a treze.
<i>Pridie Idus, nō dicim^o secundo Idus.</i>	a catorze.
<i>Idibus.</i>	a quinze.
<i>Reliqui dies à Calēdis mēsis sequētis numerū sumet. Vt.</i>	
<i>Decimo septimo Calē- das Augusti, aut po- stridie Idus Iulij.</i>	A diez y seys d ^e Julio.
<i>Decimo sexto Cal.</i>	
<i>Augusti.</i>	A diez y siete d ^e Julio.
<i>Ducimo quinto Calē. Augusti.</i>	A diez y ocho d ^e Julio
<i>Quattro decimo Calē.</i>	
	Augusti

De Calendis.

<i>Augusti.</i>	A diez y nueve de Julio
<i>Tredeccimo cal. Aug.</i>	A veinte de Julio
<i>Duodecimo cal. Aug.</i>	A veynte y uno de Julio
<i>Vndecimocal Aug.</i>	A veynte y dos de Julio
<i>Decimo cal. Augusti.</i>	A veynte y tres de Julio
<i>Nono.cal. August.</i>	A veynte y cuatro
<i>Octauo calendas.</i>	A veynte y cinco
<i>Septimo calendas.</i>	A veynte y seys
<i>Sexto calendas.</i>	A veynte y siete
<i>Quinto calendas.</i>	A veynte y ocho
<i>Quarto calendas.</i>	A veynte y nueve
<i>Tertio calendas.</i>	A treynta
<i>Pridie calendas, nō di citur secundo calen.</i>	A treynta y uno

*Exemplum mensis triginta dies
habentis.*

<i>Càlendis Aprilis.</i>	Primero de Abril,
<i>Quarto nonas aut po- stridie calen. Aprilis.</i>	Ados de Abril.
<i>Tertio nonas.</i>	A tres.
<i>Pridie nonas.</i>	A quatro.
<i>Nonis.</i>	A cinco.

*Reliqui dies usque ad tredecim per Idus sunt
numerandi Vt.*

Octauo

Octavo Idus aut po-	A seys de Abril.
stridie nonas.	A siete.
Septimo Idus.	A ocho.
Sexto Idus.	A nueve.
Quinto Idus.	A diez.
Quarto Idus.	A once.
Tertio Idus.	A doce.
Pridie Idus.	A treze.
Idibus.	

Cæteris per Calendas mensis sequentis compa-
tandi sunt, sic.

Decimo octavo Calendas

Maij, aut postridie
Idus Aprilis. A catorze de Abril

Decimoseptima Calen.
das. Maij. A quinze.

Decimo sexto Calen. A diez y seys

Decimo quinto Calen. A diez y siete

Decimo quarto Calen. A diez y ocho

Decimotertio calen. A diez y nueve

Duodecimo calen. A veinte

Vndecimo calen. A veinte y uno

Decimo calen. A veinte y dos

Nono calendas. A veinte y tres

Ostauo calendas. A veinte y cuatro

Septimo calendas. A veinte y cinco

Sexto calendas A veinte y seys

Quinto

De Calendis

Quinto calen.	A veyn te y siente
Quarto calendas.	A veyn te y ocho
Tertio calendas.	A veyn te y nueue
Pridie calendas.	A treynta.

Illud est aduertendum Nonis, Idibus & Calendis, tantum dici, quoniam in his tempus ablatiuo duntaxat ponitur. Est etiam sciendum loco genitiorum adiectiuia posse locari: ut quinto Nonas Iulij, uel Iulias: septimo Calendas Martij, uel Martias: quando tertio Idus, Nonas, & Calendas pronunciamus, hi accusatiui à præpositione subintelle. Et a ante reguntur.

Hæc de Calendis.

Salmanticae
Excudebat Petrus Lasus.